




Tu es petrus ꝛ super hāc petrā edi/
ficabo ecclesiā meā. Ad magt an̄.
Angelus dn̄i astitit ꝛ lumē refulsit i
hitaculo carceris: percussoqꝫ latere
petri excitauit euꝫ dicēs: surge velo
citer: ꝛ ceciderūt cathene de mājbꝰ
Deus q btm̄ petrꝝ Or̄o: ciꝰ
aplm̄ a vinclis absolutū
illesum abire fecisti: nostrorꝝ q̄s
absolue vincula pctōrꝝ: ꝛ om̄ia
mala a nobis ꝓpiciatus exclu/
de. per. Eodem die oratio:
Fraterna nos dn̄e marty
rū tuorꝝ corona letificet:
q̄ ꝛ fidei nr̄e p̄beat incitamēta
virtutū: ꝛ multiplici nos suffra
gio consolet̄. per. An̄. Scē paule
aple ꝛc. ℟. Ora ꝓ nobis btē pau.
Or̄o: Deus qui multitudinem
gentiū. Quere s̄. in cōmemora
tōe sci pauli. Ad matut. inuit.
Tu es pastor ouiū p̄nceps aplorūꝫ
Tibi tradidit deus claues regni ce/
lorꝝ. ℣. Uenite. An̄e ꝑia ꝛ cete
ra vt in priori festo. L. j.
Misit herodes rex manꝰ
vt affligeret quosdaꝫ de
eccl'ia. Hūc herodē tertio clau
dij anno: sui v̄o regni septio ab
angelo ꝑcussuꝫ narrat historia
Occidit aūt iacobū frēm iohā
nis gladio. De hoc iacobo cle/
mēs alexādrinus historiā quā/
dā dignā memoria refert. Et is
inquit qui obtulerat eū iudeis:
ad martyriū iacobū. s. motꝰ eti
am ipse cōfessus est se esse xp̄ia/
Ducti sunt ābo L. ij. nu. Tu.
parit̄ ad suppliciū. Et cū duce/
rent̄ in via: rogauit iacobū sibi
dare remissionē. At ille parūp
deliberāſ: pax tibi inquit. Et de
osculatꝰ est eū: ꝛ ita ābo sil' ca/
pite plexi sunt. Tradensqꝫ q̄ter
quaternionibꝰ militū. Sicut cē
turio centū: ita q̄ternio q̄ttuor
sub se milites habebat. Percus
soqꝫ latere petri suscitauit eum.
Percussio lateris: cōmemora/
tio passiōis xp̄i est. De cuiꝰ vul
nere salus nr̄a ꝓfluxit. L. iij.
Et nobis q̄ꝫ pressura cathene
retētis tale solaciū reddidit: pe
trus apl's dicēs: Xp̄o igit̄ passo
in carne: ꝛ vos eadē fide arma
mini. Precingē ꝛ calcia te ca/
ligas tuas. Et fecit sic. Et ꝓphe
tas ꝛ aplos cingulis vsos fuisse
legimus: quorꝝ sibi petrus liga
mēta ꝓpter rigorē carceris ad
horā laxauerat vt tunica ad pe
des dimissa: frigus noctis q̄ cū/
qꝫ mō tēperaret: exēplū p̄bens
infirmis: vł cū modestia corpa/
li vel iniuria tentemur hūana:
licere nobis aliqd de nr̄i ꝓposi
ti rigore laxare. Tu. L. iiij.
Et qr dictuꝫ est: Sint lūbi vr̄i
precincti ꝛ calciati pedes in p̄/
paratiōe euāgelij pacis: sp̄uali
uꝫ v̄tutū: v̄biqꝫ p̄dicādi resume
re iubemur insignia. Venerūt
ad portā ferreā q̄ ducit ad ciui/
tatē: q̄ vltro aperta est eis. An/

Obſequialē ſeu baptiſmale ſm̄ chorū alme eccleſie Strigonieñ.

Incipit obsequiale seu baptismale
sm chorū alme ecclesie Strigonieñ.

Initium sancti euāgelij sm Johannem.

In principio erat verbū. Et verbū erat apud
deū: ⁊ deus erat verbum: hoc erat in pncipio
apud deū. Oīa p ipm facta sunt: ⁊ sine ipo factū
ē nihil. Qđ factū est: ī ipo vita erat: ⁊ vita erat lux
hominū. Et lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre eā nō
cōprehenderūt. Fuit homo missus a deo: cui no-
mē erat iohānes: hic venit in testimoniū: vt testi-
moniū phiberet de lumīe: vt oēs crederēt p illum
Nō erat ille lux: sed vt testimoniū phiberet de lu-
mine. Erat lux vera que illumīat omnē hoīem ve-
nientē in hūc mūdū. In mūdo erat: ⁊ mūdus per
ipm factꝰ est: ⁊ mūdus eū nō cognouit. In ppria
venit ⁊ sui eū non receperūt. Quotqt aūt recepe-
rūt eū dedit eis potestatē filios dei fieri: his q cre-
dunt in noīe eiꝰ: qui nō ex sanguinibꝰ neqꝫ ex vo-
lūtate carnis: neqꝫ ex volūtate viri: sed ex deo nati
sunt. Et verbū caro factū est: ⁊ habitauit ī nobis.
Et vidimꝰ gloriā eius: gloriā q̄si vnigeniti a pre:
plenū gratia ⁊ veritate.

Sequit exorcismꝰ salis ⁊ aque diebus domini-
cis p totum annū. primo legat. Credo in deū. V.
Ostende nobis dñe misericordiā tuā. Et salutare tuū da nob.

Exorcizo te creatura salis p de✠um viuū: p
de✠um verū: ⁊ p deū san✠ctū: p deū q te p

heliseū ꝓphetā in aquā mitti iussit: vt sanaret ste-
rilitas aque: vt efficiaris sal exorcizatū in salutem
credentiū: vt sis omib⁹ te sumētib⁹ salus mētis
τ corporis: et effugiat atqȝ discedat ab eo loco quo
aspsus fuerit: ois fantasia τ neqcia: vl' vsucia dia-
bolice fraudis: omnisqȝ spūs immūdus adiurat⁹
Immēsam clemētiā tuā omps p eū qui ven.
eterne deus: hūiliter imploram⁹: vt hāc crea-
turā salis: quā ad vsum hūani generis tribuisti:
bene✠dicē τ san✠ctificare ꝓ tua pietate digne-
ris: vt sit omnib⁹ sumētibus salus mētis τ cor-
poris: vt quicqd ex eo tactū vel respersū fuerit: ca-
reat omni imūdicia: omniqȝ impugnatiōe spirita
lis nequicie: p eū q τc. Exorcismus aque.
Exorcizo te creatura aque i nomie dei patris✠
omnipotētis: τ in nomie iesu✠christi filij eiusdē
dñi nri: τ in virtute spūs✠sancti: vt fias aqua ex-
orcizata: ad effugandā omnē potestatē inimici: et
ipm inimicū eradicare: τ explātare valeas cū an-
gelis tuis apostaticis: p vtutē dñi nri ihū xpi. Qui
Deus q ad salutē hūani generis maxi- ven.
ma queqȝ sacramēta in aquaȝ suba cōdidi-
sti: adesto ꝓpicius inuocatiōib⁹ nris: et elemento
huic multimodis purificatiōibus pparato: virtu
tē tue bene✠dictiōis infunde: vt creatura myste-
rij tui tibi seruiens ad abijciēdos demones mor-
bosqȝ pellēdos: diuine grē sumat effectū: vt quic-
qd in domibus vel in locis fideliū hec vnda resp-

serit careat omi imūdicia: liberet a noxia: nō illic
resideat spūs pestilens: nō aura corrūpens: disce
dant omnes insidie latentis inimici: τ si qd ē: aut
incolumitati habitantiū inuidet: aut quieti: asper-
siōe huius aque effugiat: vt salubritas p inuoca-
tionē tui sancti nomis expetita: ab omibus sit im
pugnatiōibus defensa. Per dñm. Hic mittat sal i
Fiat cōmixtio salis τ aque parit in noie aquā.
pa✠tris: τ fi✠lij: τ spūs✠sancti: amen. ℣. Vox
domini sup aquas. Deus maiestatis intonuit domin⁹ super
aquas multas. Dñs vobiscū. Et cū spiritu tuo. Orem⁹.
Deus inuicte virtutis auctor et insuperabilis
imperij rex: ac semp magnificus triūphator
q aduerse dñatiōis vires reprimis: q inimici rugi-
entis seuiciā superas: q hostiles nequicias poten
ter expugnas: te dñe tremētes τ supplices dep̄ca-
mur ac petimus: vt hāc creaturā salis τ aque di-
gnanter aspicias: benignus illustres: pietatis tue
more sancti✠fices: vt vbicūqȝ fuerit aspersa: per
inuocationē tui sancti nomis ois infestatio immū
di spūs abijciat terrorqȝ venenosi serpētis ꝓcul
pellat: τ p̄ntia spūssancti nobis misericordiā tuā
poscētibus vbiqȝ adesse dignet: per dñm. Dñs
vobiscū. Et cū. Bñdicamus dño. Et bñdictio dei
pa✠tris omipotētis: τ fi✠lij: τ spūs✠sancti de-
scēdat τ maneat sup hāc creaturā salis τ aq: Amē.
℟. Asp̄ges me dñe isopo τ mūdabor lauabis me τ sup ni-
uē dealbabor. ps. Miserere mei. Glria. ℣. Oñde nobis.

Presta nobis quesumꝰ domine *Oremus.*
ꝑ hanc sanctificate aque aspersionē: sanitatem mētis: integritatē corporis: tutelā salutis: securitatē spei: corroboratione fidei: fructum charitatis hic ⁊ in eterna secula seculoꝝ: Amen.

Ordo benedictōnis nubentiū ꝑcipue quādo fit cū solennitate. Incipiat tali modo.

℣. Adiutoriū nostrū in nomine domini. Qui fecit celum et terram. *Oratio.*

Bene ✠ dic domine hos anulos: quos in nomine tuo benedicimꝰ: vt ꝗ eos portauerint in tua pace cōsistant: et in tua volūtate ꝑmaneant ⁊ in tuo amore viuāt ⁊ senescant: et multiplicent in longitudine dierū: per christū.

Creator ⁊ cōseruator humani generis: dator gratie spūalis: tu domine mitte spiritum sanctū tuū paclitum de celis suꝑ hos anulos: vt armati virtute celestis defensionis. Illis qui eos portauerint ꝓficiant ad salutē. *Hic asperge anulos. ⁊ pone in digitos sponsi ⁊ sponse sicut decet.* In nomine patris et filij et spiritussancti: Amen. Benedicti sitis a domino ꝗ fecit mūdū ex nihilo. *Preces. ℣* Manda deus virtuti tue. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis: a templo sancto tuo quod est in hierusalē tibi offerēt reges munera. *℣.* Increpas feras arūdinis: congregatio thaurorum in vaccis populorū qui probati sunt argento. *℣.* Domine exaudi orationē. Dominus vobiscū. *Oremus.*

Deus abraham: deus ysaac: deus iacob bene ✠ dic adolescentes istos: et semina semē vite in mentibus eorum: vt quicquid pro sua vtilitate didicerint: hoc facere cupiant. Per dominū nostrū iesum christum recuperatorē hominū: filium tuum vnigenitū: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritussancti deus. *Psalmus.*

Beati omnes qui timent dominū: qui ambulant in vijs eius. Labores manuū tuarum qui māducabis: beatus es ⁊ bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis abūdans: in lateribus domus tue. Filij tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mēse tue. Ecce sic benedicet homo: qui timet dominū. Benedicat tibi dominus ex syon: ⁊ videas bona hierusalem: omnibus diebus vite tue. Et videas filios filioꝝ tuorū: pacem super israel. Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui sancto. Sicut erat ī principio ⁊ nūc ⁊ semꝑ ⁊ in secula seculoꝝ amē. Kyriel. Xpel. Kyriel. Pater noster. *℣.* Saluū fac seruū tuum ⁊ ancillam tuā domine. Domine deus meus sperātes in te. *℣.* Mitte eis auxilium de sancto. Et de syon tuere eos. *℣.* Esto eis domine turris fortitudinis. A facie inimici. *℣.* Domine exaudi orationē meam. Dominus vobiscū.

Oremus.

Respice qs domine de celo sancto tuo suꝑ hanc cōuentionem: et sicut misisti angelum

tuū Raphaelē pacificū Thobie et Sare filie Raguelis. Ita digneris domine mittere benedictionem sup adolescentes istos: vt ī tua voluntate pmaneant. Et in amore tuo viuant et senescant: et multiplicentur in longitudine dierū: per christū.

Oratio.

Adesto domine supplicatiōibus nostris et institutis tuis quib⁹ ppagationem humani generis ordinasti: benignus assiste: vt qd te auctore iungitur: te auxiliante seruetur: p christū.

Oratio.

Bene ✠ dic domine iesu christe hunc famulū et hanc famulā tuam: sicut benedixisti familias filiorū israel per orationē moysi: vt venientes per mare rubrum in cōspectu pharaonis salui fierent. Ita et hi in cōspectu tuo saluētur fiant in die iudicij: per christū.

Oratio.

Bene ✠ dicat vos deus pater: custodiat vos iesus christus. Illuminet vos spiritussanctus: ostendat dominus faciē suam vobis: et misereatur vestri. Et conuertat dominus vultū suum sup vos: et det vobis pacem omnib⁹ diebus vite vestre. Impleatq3 vos omni benedictiōe celesti: in remissionē omniū peccatorū vestrorum: vt habeatis vitā eternā in secula seculorū: Amen.

Copula sup viduas. Oratio.

Deus per quem mulier viro iungitur: et societas principaliter ordinata: ea benedictione donatur: que sola: nec per originalis peccati: nec p diluuij ablata est sententia. Respice ppicius super hanc famulā tuam: que maritali iungenda est cōsortio: tuaq3 se expedit bene ✠ dictiōe muniri. Sit in ea iugum dilectionis et pacis fidelis: et casta nubat in christo. Imitatrixq3 sanctarū pmaneat feminarū. Sit amabilis vt Rachel viro suo. Sapiēs vt Rebecca. Longeua et fidelis vt Sara: nihil in ea ex actibus suis ille auctor puaricationis vsurpet noxij fide: mandatisq3 pmaneat thoro iuncta. Contractos illicitos abijciat. Muniatq3 infirmitatem suam robore discipline. Sit verecūda: grauis: pudore venerabilis: doctrinis celestibus erudita. Sit fecunda in sobole: sit proba et innocens Et ad beatorū requiem atq3 celestia regna perueniat. Et videat filios filiorū suorum vsq3 ad terciā: et quartā et quintā pgeniem: et ad optatā perueniat senectutem: per christū.

Introductio sponse noue post nuptias. Psalmus

Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos: et misereatur nostri. Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi de⁹: confiteantur tibi populi omes. Letentur et exultent gentes: quoniā iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis. Cōfiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi

omnes: terra dedit fructū suum. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus: ꝛ metuant eum omnes fines terre. Gloria patri et. Kyriel. Xpel. Kyriel. Pater noster. Aue maria. ℣. Saluaz fac ancillam tuam domine. Deus meus sperantē in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. Et de syon tuere eam. Esto ei domine turris fortitudinis. A facie inimici. ℣. Domine exaudi. Dominus vobiscū. Oremus.

Deus qui mortuaz Sare vuluam p̄ Abrahe serui tui semē fecūdare dignatus es: vt etiā cōtra spem sobolis nascerer famule tue ꝓ sua sterilitate ꝓpicius respice: vt iuxta precedentiū partū ꝛ fecunditatē tribuas: ꝛ prolem quem donaueris benedicas: per christū. Da postea stolam sponse et dic. Ingredere in domū domini: ꝛ adora filium ꝟginis: vt tibi fecūditatē prolis tribuat: per xp̄m.

Tūc incipiat missa de sancta Trinitate vel missa nuptialis. Introitus ꝓ sponso ꝛ sponsa.

Deus israel ꝯiungat vos ꝛ ipse sit vobiscum qui misertus est duobus eunuchis et tunc domine fac eos pleni⁹ benedicere te. Ps. Beati omnes qui timēt dominum qui ambulant in viis eius. ℣. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Oratio.

Deus qui tam excellenti ministerio: cōiugalem copulam consecrasti: vt christi ꝛ ecclesie sacramentū p̄signares in federe nuptiarū: presta

quesumus: vt qđ nostro ministrat officio: tua benedictione potius impleatur: per.

Ad corinthios.

Fratres: Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt christi. Tollens ergo membra christi: faciam membra meretricis: Absit. An nescitis: quoniā qui adheret meretrici: vnū corpus efficitur: Erūt inquit duo in carne vna. Qui autē adheret domino: vnus spiritus est cum eo. Fugite fornicationē. Omne peccatū quodcunqꝫ fecerit homo: extra corpus est. Qui autē fornicat: in corpus suum peccat. An nescitis: quoniā membra vestra templū sunt spiritussancti qui ī vobis ē: quez habetis a deo: ꝛ non estis vestri. Empti eniz estis precio magno. Glorificate ꝛ portate deum in corpore vestro. Graduale. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue. ℣. Filii tui sicut nouelle oliuarū in circuitu mense tue. Alleluia. ℣. Mittat vobis dominus auxilium de sancto ꝛ de syon tueatur vos.

Sc̄dm Matheum.

In illo tempore: Accesserunt ad iesum pharisei tentantes eum: ꝛ dicentes. Si licet homini dimittere vxorem suam quacūqꝫ ex causa. Qui respondēs ait eis. Nō legistis: qꝛ qui fecit hoīem ab inicio: masculum ꝛ feminā fecit eos: Et dixit. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem

⁊ adherebit vxori sue: et erunt duo in carne vna. Itaqȝ iā non sunt duo: sed vna caro. Quos ergo deus cōiunxit homo non seperet. Offer. In te speraui domine dixi tu es deus meus in manibus tuis tempora mea. Secre.

Suscipe quesum⁹ domine p sacra conubij lege munus oblatū: et cui⁹ largitor es muneris: esto dispositor: per. Com. Ecce sic benedicet omnis homo qui timet dominū ⁊ videas filios filiorū tuorū pacē sup israel. Compl.

Quesum⁹ omnipotens deus: instituta prouidentie tue: pio fauore comitare: ⁊ hos legitima societate cōnectos longeua pietate custodi: p.

Incipit cathecism⁹ puerorū. primo interroga nomen infantis sic. Quis vocaris. R. N. deinde Abrenūcias sathane: R. Abrenūcio. Et omnibus operibus eius. R. Abrenūcio. Et omnibus pompis eius. R. Abrenuncio. Deinde interroget eum de fide catholica. N. Credis in deū patrem omnipotentem creatorem celi ⁊ terre: R. Credo. Credis ⁊ in iesum christū filium eius vnicum dominū nostrū natum et passum: R. Credo. Credis ⁊ in spiritūsanctū: sanctam ecclesiam catholicam: sanctorum cōmunionem: remissionem peccatorum: carnis resurrectionē: et vitam eternam: post mortem: R. Credo. Deinde exufflet in faciem pueri. Exi ab eo sathana: da honorem deo viuo et vero. Exi immunde spiritus: da honorem ihu xpo filio eius: fuge imunde spūs da locū spūi paclito. Deinde faciat crucē in fronte. Signū sancte cru✠cis dñi nri ihu xpi in frontē tuū pono Signū saluatoris dñi nri ihu xpi in pectus tuum pono. Accipite signū sancte crucis ✠ tā in fronte qȝ in corde: sume fidez celestiū pceptorū: talis esto morib⁹: vt templū dei iam esse possis: ingressusqȝ ecclesiā dei: euasisse te laqueos mortis letus agnosce: horresce idola: respue simulacra: cole deū patrem omnipotentē: ⁊ iesum christū filiū eius: qui cum patre ⁊ spūsancto viuit ⁊ regnat deus p oīa secula seculorū: Amen. Sup vtrūqȝ.

Te deprecor dñe sancte pater omps eterne de⁹ Vt huic famulo tuo. N. qui i hui⁹ seculi nocte vagat incert⁹ ⁊ dubius viā veritatis et agnitionis tue iubeas ei demōstrare: quaten⁹ reseratis oculis cordis sui: te vnū deū patrē in filio: ⁊ filiūz cū spūsancto in patre recognoscat: atqȝ hui⁹ ꝯfessionis fructū: hic ⁊ i futuro seculo pcipe mereat: p. Sup vtrūqȝ.

Omnipotēs sempiterne de⁹ pr dñi nri ihu xpi: respicere dignare sup hūc famulū tuū. N. quē ad rudimēta fidei vocare dignat⁹ es: oēs cecitatē cordis ab eo expelle: disrūpe oēs laqos sathane: quib⁹ fuerat colligat⁹. Api ei dñe ianuā pietatis tue: vt signo sapiē tue imbut⁹: oīm cupiditatū fetoribus careat: et ad suauē odorē pceptorū tuorū letus tibi i eccl'ia tua deseruiat: ⁊ pficiat de die in diē vt idoneus efficiatur accedere ad

gratiā baptismi tui pcepta medicina: per eum q.
PReces nostras quesum⁹ dñe Sup vtrūq3.
clemēter exaudi ꝛ hūc electū tuū. N. crucis
dñice cui⁹ impssione eū signam⁹: virtute custodi:
vt magnitudinis glīe tue rudimēta suās p custo
diā mādatoꝝ tuoꝝ: ad regeneratiōis gl'aꝫ pueni-
re mereaꝛ: per. Sup vtrūq3.
DEus q hūani generis ita es ꝯditor vt sis etiā
reformator: ppiciare ppłis adoptiuis: ꝛ no-
uo testamēto sobolē noue ꝑlis ascribe: vt filij ꝑ-
missiōis qđ nō potuerūt assequi p naturā: gaudeāt
se pcepisse p gratiā. Exorcismus salis.
EXorcizo te creatura salis i noīe dei pr̄is oī✠
potētis: ꝛ i charitate dñi nr̄i ihū ✠ xpi: ꝛ i virtute
spūs ✠ sancti. Exorcizo te p deū vi✠uū: p deū ✠
verū: p deū ✠ sctm: p deū q te ad tutelā hūani ge-
neris ꝑcreauit: ꝛ ppl'o veniēti ad credulitatē p ser
uos suos ꝯsecrari pcepit: i noīe scē trinitatis effīcia-
ris salutare sacrm ad effugādū inimicū: ꝑinde ro
gam⁹ te dñe de⁹ nr̄: vt hāc creaturā salis sancti✠
ficādo sctīfices: bn̄dicēdo bn̄✠dicas vt fiat oīb⁹
accipiētib⁹ pfecta medicina: pmanēs in viscerib⁹
eoꝝ: in noīe dñi nr̄i ihū xpi. Qui vētur⁹ ꝛc.
BEnedic omps de⁹ hāc creaturā salis tua bn̄
dictiōe celesti: in noīe dñi nr̄i ✠ iesu xpi: ꝛ i ṽtute
spūs ✠ sancti ad effugādū inimicū quā sctīficādo
sancti✠fices: bn̄dicēdo ✠ bn̄dicas: fiatq3 omib⁹
accipiētib⁹ pfecta medicīa: pmanēs i viscerib⁹ su-

mētiū: in noīe dñi nr̄i iesu xpi. Qui venturus ꝛc.
Hic pone de sale in os pueri. Accipe salē sapiētie
p qđ ppiciat⁹ sit tibi dn̄s i vitā eternā: amē. Sup
DEus patrū nr̄oꝝ: de⁹ vniuerse vtrūq3 Orō.
ꝯditor creature: te supplices exoram⁹: vt hūc
famulū tuū. N. respicere digneris ppici⁹: et h̄ pmū
pabulū salis gustantē nō diuti⁹ esurire pmitas: q̄
min⁹ cibo expleaꝛ celesti: q̄tenus semp sit dñe spū
feruēs: spe gaudēs: tuo nomī seruiēs: pduc eū ad
noue regeneratiōis lauacrū: vt cū fidelib⁹ tuis ꝑ-
missionū tuaꝝ etn̄a pmia ꝯsequi mereaꝛ: per eū.
Hic faciat crucē i frōte infantis ꝛ dicat Dn̄s vobiscū
DEus abrahā: de⁹ ysaac: deus iacob: Orem⁹
deus q moysi famulo tuo i mōte synai apa-
ruisti: ꝛ filios isrl' de t̄ra egypti eduxisti: deputans
eis angelū pietatis tue: q custodiret eos die ac no
cte: te qm̄s dñe: vt mittere digneris scm̄ angelū tuū
vt sil'r custodiat ꝛ hūc famulū tuū. N. ꝛ perducat
eum ad gratiā baptismi tui: per eū qui venturus
est. Adiuratio ad vtrūq3.
ERgo maledicte diabole: recognosce sentētiam
tuā: ꝛ da honorē deo viuo ꝛ vero: da hono-
rē ihū xpo filio eius: ꝛ spūiscto paclito: ꝛ recedas
ab hoc famulo dei. N. Quia istū sibi deus: ꝛ dn̄s
nr̄ ihs xps ad suā sanctā gr̄aꝫ ꝛ bn̄dictiōꝫ: fontēq3
baptismatis vocare dignatus ē: et hoc signū scte
✠ crucis: qđ nos frōti ei⁹ dam⁹: tu maledicte dia-
bole nūq3 audeas violare: p xpm. Sup femīas.

DEus celi: de⁹ terre: de⁹ angelorꝝ: de⁹ archan-
gelorꝝ: deus ꝓphetarꝝ: de⁹ aplorꝝ: deus martyrꝝ
deus ꝯfessorꝝ: de⁹ v̄ginū: deus oīm bñuiuētiū: de⁹
cui oīs lingua cōfitet̃: ⁊ omē genu flectit̃: celestiū
terrestriū ⁊ infernorū: te inuoco dñe sup̱ hanc fa-
mulā tuā. ℟. vt ꝑducere eā digneris ad gratiā ba
ptismi tui: p̱ eū q̄ ven. Ergo maledicte dya. vt̃s.
DEus imortale p̄sidiū: oīm Sup̱ masculos.
postulantiū liberatio supplicū: pax rogātiū
vita credentiū: resurrectio mortuorꝝ: te inuoco dñe
sup̱ hunc famulū tuū. ℟. qui baptismi tui donū
petens: eternā cōsequi gratiā spiritali regenerati-
one desiderat: accipe eū dñe: ⁊ quia dignatus est
dicere: petite ⁊ accipietis: querite ⁊ inuenietis: pul
sate ⁊ aperiet̃ vobis petētibus: petenti itaqꝫ pre-
miū porrige: ⁊ ianuam pande pulsanti vt eternā
celestis lauacri benedictionē consecutus: ꝓmissa
tui muneris regna ꝑcipiat. Qui cum deo patre.
Ergo maledicte diabole. vt̃s. Sup̱ femīas.
DEus abrahā deus ysaac deus iacob: de⁹ q̄
trib⁹ isrl' de egyptiaca seruitute liberatas p̱
moysen famulū tuū de custodia mādatorꝝ tuorꝝ in
deserto monuisti: ⁊ susānā de falso crimīe liberasti
te supplex dep̄cor dñe: vt liberes hāc famulā tuā: et
ꝑducere eā digneris ad gratiā baptismi tui: p̱ eū.
Ergo maledicte diabole. vt̃s. Sup̱ masculos.
EXorcizo te imū. de spūs. In nomie pa✠tris
⁊ fi✠lij ⁊ spūs✠sancti: vt exeas ⁊ recedas

ab hoc famulo dei. ℟. Ipe eñ tibi impat maledi-
cte damnate qui ceco nato oculos aperuit: ⁊ qua-
driduanū lazarū de monumēto suscitauit. Ergo
maledicte diabole. vt s. Sup̱ vtrūqꝫ.
ETernā ac mitissimā pietatē tuā dep̄cor domi-
ne sancte pat̃ omp̄s eterne deus: luminis ⁊
veritatis sup̱ hunc famulū tuū. ℟. vt digneris eū
illumīare lumīe intelligētie tue: mūda eum: ⁊ san
ctifica: da ei scientiā verā vt dignus efficiat̃ acce-
dere ad gratiā baptismi tui: teneat firmā spem: cō-
silium rectū: doctrinā sanctā: vt aptus sit ad ꝑcipi-
endā gratiā baptismi tui: p̱ eum qui venturus.
EXorcizo te imunde spirit⁹ Sup̱ feminas.
in nomie pa✠tris: ⁊ fi✠lij: ⁊ spūs✠sancti
vt exeas ⁊ recedas ab hac famula dei. ℟. Ipe eñ
tibi impat maledicte damnate atqꝫ damnāde: qui
pedibus sup̱ mare ambulauit: ⁊ Petro mergenti
dexterā porrexit: Qui cum patre. Sup̱ vtrūqꝫ.
AUdi maledicte sathanas adiuratus per no-
mē eterni dei: et saluatoris nostri iesu christi
filij eius: ⁊ cū tua victus inuidia tremēs gemēsqꝫ
discede: nihil tibi sit cōmune cū seruo dei. ℟. Iam
celestia cogitanti: renūciaturo tibi ac seculo tuo: et
beata imortalitate victuro: da igit̃ honorē adue-
nienti spirituisancto: q̄ ex sūma celi arce descēdēs:
ꝑturbatis fraudibus tuis: diuino fonte purgatū
pectus: id est sanctificatū: deo templū et habitum
ꝑficiat: vt ab omnib⁹ penitus noxijs p̄teritorum

criminū liberatꝰ hic seruꝰ dei. N. grās ꝑhenni deo
referat semꝑ: ⁊ bn̄dicat nomē eius sanctū i secula
In illo tpe: Scd̄m Matheū. seculoꝝ amē.
Oblati sūt ihū ꝑuuli: vt manꝰ eis imponeret
discipuli aūt increpabāt eos: Jhs aūt ait eis. Si-
nite ꝑuulos: ⁊ nolite eos ꝓhibere venire ad me:
taliū ē em̄ regnū celoꝝ. Et cū imposuissꝫ eis manꝰ
abiȷ̄t inde. Legas. Pater nr̄. Credo i deū. Deinde
Nec te late- pone manū suꝑ caput pueri ⁊ dic
at sathanas īminere tibi penas. Imminere
tibi tormēta: īminere tibi diē iudicij: diē supplicij
sempitni: diē q̄ venturꝰ ē velut clibanꝰ ardēs: in q̄
tibi atqꝫ vniuersis angelis tuis erit p̄ꝑatus inte-
ritus sempiternꝰ. Ideo ꝓ tua nequicia damnate
atqꝫ damnāde. Da honorem deo viuo ⁊ vero: da
honorē iesu christo filio eius: et spūisancto pacli-
to: in cuiꝰ nomīe atqꝫ virtute p̄cipio tibi quicūqꝫ
es spūs īmūde: vt exeas ⁊ recedas ab hoc famu-
lo dei. N. quē hodie idez deus ⁊ dn̄s noster iesus
christus ad suā sanctā gratiā atqꝫ bn̄dictionē: fon
temqꝫ baptismatis vocare dignatꝰ est: vt fiat eius
templū ꝑ aquā regeneratiōis i remissionē omniū
peccatoꝝ: in noīe dn̄i nostri iesu christi. Qui ven.
Hic tangat ei aures ⁊ nares de sputo cū police
⁊ dicat ad aurem dexterā. Effeta q̄ꝺ est adaperire.
deinde ad nares. In odorē suauitatis. deinde ad
aurem sinistrā. Tu aūt diabole effugare appropi-
q̄bit em̄ iudiciū dei. Hic infantē introducat i eccle

siā dicēs. Ingredere i templū dei sine impedimē-
to sathane: vt habeas vitā eternā: ⁊ viuas in secu
la seculoꝝ amē. Et bn̄dictio dei patris ✠ omnipo-
tētis: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spūs ✠ sancti: descēdat ⁊ maneat
semꝑ tecū: amē. Deinde asꝑgat puer aq̄ bn̄dicta.
Incipit baptismꝰ circa fontē īterrogando nomē
infantis. N. Abrenūcias sathane. ℟ Abrenūcio
Et omibꝰ opibꝰ eius ℟ Abrenūcio. Et omibꝰ
pōpis eiꝰ. ℟ Abrenūcio. Hic faciat crucē de oleo
sancto i pectore ⁊ int̄ scapulas sic dicendo. N. Et
ego te lineo oleo salutis in pectore ⁊ int̄ scapulas
in christo iesu dn̄o nostro in vitam eternā: amen.
Interrogato nomīe infantis dicat sacerdos. N.
Credis i deū patrē oīpotentē creatorē celi ⁊ t̄re.
℟ Credo. Credis ⁊ i ihm̄ xp̄m filiū eius vnicū
dn̄m nr̄m natū ⁊ passū. ℟ Credo. Credis i spm̄
scm̄: sanctā eccl'iaz catholicā: sctōꝝ cōmunione re-
missionē pctōꝝ: carnis resurrectiōez: ⁊ vitā eternā
post mortē. ℟ Credo. deinde īterroget infantē N
Vis baptizari. ℟ Volo. Tūc mergat pueꝝ ⁊ di-
cat Ego te baptizo in noīe pr̄is. mergat scd̄o ⁊ fi
lij. mergat tercio ⁊ spūssancti. Postqꝫ eleuauerit
infantē de fonte dicat. Deus omp̄s ⁊ pat̄ dn̄i nr̄i
ihū xp̄i: q̄ te regenerauit ex aq̄ ⁊ spūsancto: q̄qꝫ de
dit tibi remissionē oīm pctōꝝ. deinde i vertice ca-
pitis cū crismate crucē faciat dicēdo Ipe te lineat
crismate salutis i xp̄o ihū dn̄o nr̄o i vitā etnā amē.
Hic suꝑ caput infantis ponat crismale vel pan-

niculus ad ea ꝑparatus dicendo.

ACcipe vestem candidã sanctam ⁊ imaculatã
quã ꝑferas ante tribunal dñi nr̃i ihu christi:
vt habeas vitã eternã: amẽ. Pax tecũ. Et cũ spũ tuo.

Hic detur candela ardens ad manũ dexterã.

ACcipe lampadẽ ardentem irreꝑhensibilẽ: ⁊
custodi baptismũ tuũ vt cũ dñs ad nuptias
venerit: possis ei occurrere obuiã vnacũ sanctis i
aula celesti: vt habeas vitam eternã: ⁊ viuas i se-
cula seculoꝝ: amẽ. Pax tecũ. Et cum spiritu tuo.

Introductio mulieris post partũ. Psalmus.

DEus misereaẜ nostri: ⁊ bñdicat nobis: illu-
minet vultũ suũ suꝑ nos: ⁊ misereaẜ nostri.
Ut cognoscamꝰ in terra viam tuã: in omnibꝰ gen
tibus salutare tuũ. Confiteanẜ tibi ppl'i deus: cõ
fiteanẜ tibi ppl'i omnes. Letenẜ ⁊ exultẽt gentes
quoniã iudicas ppl'os i equitate: ⁊ gentes i terra
dirigis. Confiteanẜ tibi ppl'i deus: ꝯfiteanẜ tibi
ppl'i omẽs: terra dedit fructũ suũ. Benedicat nos
deus deus noster bñdicat nos deus: ⁊ metuãt eũ
omnes fines terre. Gloria patri. Psalmꝰ.

LEuaui oculos meos i montes: vnde veniet
auxiliũ mihi. Auxiliũ meũ a dño: qui fecit
celũ ⁊ terraꝫ. Non det in cõmotionẽ pedem tuũ:
neqꝫ dormitet qui custodit te. Ecce non dormita-
bit neqꝫ dormiet: qui custodit israel. Dñs custo-
dit te dñs ꝓtectio tua: suꝑ manũ dexterã tuã. Per
diẽ sol non vret te: neqꝫ luna ꝑ noctẽ. Dominus

custodit te ab omni malo: custodiat animã tuã do
minꝰ. Dominꝰ custodiat introitũ tuũ ⁊ exitũ tuũ
ex hoc nũc ⁊ vsqꝫ in seculũ. Gloria patri. Ps.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas i ce-
lis. Ecce sicut oculi seruoꝝ: in manibꝰ do-
minoꝝ suoꝝ. Sicut oculi ancille in manibus dñe
sue: ita oculi nr̃i ad dñm deum nostrũ donec mise-
reaẜ nostri. Miserere nostri dñe miserere nostri:
qꝛ multũ repleti sumus despectõne. Quia multũ
repleta est aĩa mea opprobriũ abundãtibus: ⁊ de-
spectio suꝑbis. Gloria patri. Psalmus.

BEati oẽs qui timẽt dñm: qui ambulãt i viis
eius. Labores manũ tuarũ ꝗ mãducabis:
beatꝰ es ⁊ bñ tibi erit. Uxor tua sicut vitis abun-
dans: in lateribꝰ domus tue. Filij tui sicut nouel
le oliuarũ: in circuitu mense tue. Ecce sic benedi-
ceẜ homo: ꝗ timet dñm. Benedicat tibi dñs ex
syon: ⁊ videas bona hierusalẽ omnibꝰ diebꝰ vite
tue. Et videas filios filioꝝ tuorum: pacem suꝑ
israel. Gloria patri. Kyriel'. Xp̃el'. Kyriel'. Pater
noster. ℣. Et ne nos. ℣. Saluã fac ancillam tuã domine.
Deus meus sperantẽ in te. ℣. Esto ei dñe turris fortitudi-
nis. A facie inimici. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de sancto. Et de
syon tuere eã. ℣. Dñe exaudi. Dñs vobiscũ. Oremꝰ.

DEus qui per moysen famulũ tuum israeliti-
ce plebi mandasti: vt mulier que filium vel
filiam pareret: quadraginta diebus se ab ingressu
templi sequestraret: dignare domine hanc famulã

tuā: ab omni inquinamēto peccati mūdare: quatenus i operib⁹ mandatorū tuorū in corpore mūdato: et mēte sincera: sinū matris ecclesie mereať introire: ꝛ hostias pacificas ꝓ suis delictis offerre: Per christum. Oratio.

OMnipotēs sempiterne deus: ꝛ pater domini nostri iesu christi sabaoth: qui tuū vnigenitū vnacū matre sua semꝑ virgine maria: post q̄dragīta diez spaciū in templo p̄sentasti: bene✠dicere digneris hanc famulā tuaz post partū: tibi domino deo nostro quā ad templū tuū: purificādi gratia p̄sentasti: cōcede ꝓpicius: vt sicut eam ꝑ nostrū officiū: templū istud terrenū introducim⁹: sic post finē vite p̄sentis templū celeste mereatur introire: per eum qui venturus. Hic stolam det ad manus dicēdo. Ingredere in domū dei benedicta ꝛ adora filiū virginis: qui tibi fecūditatem ꝓlis tribuit iesum christū dn̄m nostrū: mediatorē dei ꝛ hominū. Qui cum patre ꝛ spūsancto viuis.

IN illo tpe: Postq̄ȝ impleti sunt Scdm Lucā. dies purgatiōis marie ſm legem moysi: tulerunt iesum in hierusalē vt sisterēt eum domino sic scriptuz est i lege domini. Quia omne masculinū adaperiens vuluā sanctū dn̄o vocabiť. Et vt darent hostiā ſm q̄ dictū est in lege dn̄i: par turturū aut duos pullos columbarū. Et ecce homo erat i hierusalē: cui nomen symeon: ꝛ homo iste iustus ꝛ timoratus: expectans cōsolationē israel: ꝛ spiritussanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritusancto: nō visurum se mortē: nisi pri⁹ videret christum domini. Et venit in spū in templū. Et cum inducerent puerū iesum parētes eius: vt facerent ſm consuetudinē legis ꝓ eo: ꝛ ipse accepit eum in vlnas suas: ꝛ benedixit deū: ꝛ dixit: Nunc dimittis seruū tuū dn̄e: ſm v̄bū tuū i pace. Quia viderūt oculi mei: salutare tuuȝ. Qd̄ parasti ante faciem omniū populoꝝ. Lumē ad reuelationem gentiū: ꝛ gloriā plebis tue israel.

Sequiť ordo ad inungendū infirmos

Primo qn̄ intrat domū cum oleo sancto dicat.

Pax huic domui: et omnibus habitātibus in ea.

Deinde dicat septem psal. cum letania videlicet

DOmine ne in furore tuo arguas me: Ps. neq̄ȝ in ira tua corripias me. Miserere mei dn̄e quoniā infirm⁹ sum: sana me dn̄e quoniā cōturbata sunt ossa mea. Et aīa mea turbata ē valde: ꝛ tu dn̄e vsq̄ȝquo. Conuertere dn̄e ꝛ eripe animā meā: saluum me fac ꝓpter misericordiā tuam. Qm̄ nō est in morte qui memor sit tui: in inferno aut q̄s confitebiť tibi. Laboraui in gemitu meo lauabo ꝑ singl'as noctes lectū meū: lacrimis meis stratū meū rigabo. Turbat⁹ ē a furore ocul⁹ me⁹: iueteraui inť oēs inimicos meos. Discedite a me oēs q̄ opamini iniq̄tatē: qm̄ exaudiuit dn̄s vocē fletus mei. Exaudiuit dn̄s depcationem meā: dn̄s

orationē meā suscepit. Erubescant et cōturbent
vehemēter omnes inimici mei: cōuertant et eru-
bescāt valde velociter. Gloria patri. Añ. Misere-
re mei dñe quoniā infirm⁹ sum sana me domine quoniā cō-
turbata sunt omnia ossa mea. Psalmus.
Beati quorū remisse sunt iniq̄tates: ꝛ quorū
tecta sunt peccata. Beatus vir cui nō impu
tauit dñs peccatū: nec ē in spū ei⁹ dolus. Qm̄ ta-
cui inueterauerūt ossa mea: dum clamarē tota die
Qm̄ die ac nocte grauata est sup me manus tua:
cōuersus sum in erumna mea: dum cōfigit spina
Delictū meū cognitū tibi feci: ꝛ iniusticiā meā nō
abscondi. Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā
meā domino: ꝛ tu remisisti impietatē peccati mei.
Pro hac orabit ad te oīs sanct⁹: ī tempore opor-
tuno. Verūtamen in diluuio aquarꝫ multarū: ad
eum nō approximabūt. Tu es refugiū meū a tri-
bulatiōe que circumdedit me: exultatio mea erue
me a circūdantib⁹ me. Intellectū tibi dabo ꝛ in-
struā te in via hac qua gradieris: firmabo sup te
oculos meos. Nolite fieri sicut equus et mulus:
quib⁹ nō est intellect⁹. In chamo ꝛ freno maxil-
las eorꝫ cōstringe: qui nō approximāt ad te. Mul-
ta flagella peccatoris: sperantē aūt in dño miseri-
cordia circūdabit. Letamini in dño ꝛ exultate iusti
ꝛ gloriamini oēs recti corde. Gloria pr̄i. Añ. Erat q̄-
dā regul⁹ cui⁹ filius infirmabat capharnaū hic cū audisset
q̄ ihs veniret i galyleā rogabat eū vt sanaret filiū ei⁹. ps.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq̄ȝ in
ira tua corripias me. Quoniam sagitte tue
infixe sunt mihi: ꝛ cōfirmasti sup me manū tuam.
Non est sanitas ī carne mea a facie ire tue: nō est
pax ossibus meis: a facie peccatorꝫ meorꝫ. Quo-
niā iniq̄tates mee supgresse sunt caput meū: et sic
onus graue grauate sunt super me. Putruerūt ꝛ
corrupte sūt cicatrices mee: a facie insipiētie mee.
Miser factus sum et curuatus sum vsq̄ȝ in finem:
tota die cōtristat⁹ ingrediebar. Quoniā lūbi mei
impleti sunt illusionib⁹: et nō est sanitas in carne
mea. Afflictus sum ꝛ hūiliatus suꝫ nimis: rugie-
bā a gemitu cordis mei. Dñe ante te omne desi-
deriū meū: ꝛ gemit⁹ meus a te nō est abscōditus.
Cor meū cōturbatū est dereliquit me virt⁹ mea:
ꝛ lumē oculorū meorū ꝛ ipm̄ nō est mecū. Ami-
ci mei et ꝓximi mei: aduersum me appropinqua-
uerūt ꝛ steterunt. Et qui iuxta me erant delonge
steterunt: ꝛ vim faciebant qui querebant animaꝫ
meā. Et qui inquirebant mihi locuti sunt vani-
tates: ꝛ dolos tota die meditabant. Ego autem
tanq̄ȝ surdus nō audiebam: ꝛ sicut mut⁹ nō ape-
riens os suum. Et factus suꝫ sicut homo nō au-
diens: ꝛ nō habens ī ore suo redargutiōes. Quo-
niā in te domine speraui: tu exaudies me dñe deus
meus. Quia dixi ne quādo supgaudeāt mihi ini-
mici mei: et dum cōmouent pedes mei super me
magna locuti sunt. Quoniā ego in flagella para-

tus sum: ꝛ dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniã iniquitatẽ meã annũciabo: ꝛ cogitabo
ꝓ peccato meo. Inimici autẽ mei viuent ꝛ cõfir
mati sunt sup me: ꝛ multiplicati sunt qui oderunt
me inique. Qui retribuũt mala ꝓ bonis detrahe
bant mihi: quoniã sequebar bonitatẽ. Ne dereli-
quas me dñe deus meꝰ: ne discesseris a me. Intẽ
de i adiutoriũ meũ: dñe deus salutis mee. Gloria
patri. Añ. Domine descende vt sanes filium meũ priusꝙ
moriatur: dicit ei iesus vade filius tuus viuit. Ps.
Miserere mei deus: sm magnã misericordiã
tuã. Et sm multitudinẽ miserationũ tuarum:
dele iniquitatẽ meã. Amplius laua me ab iniqui
tate mea: ꝛ a peccato meo mũda me. Qm iniqui
tatẽ meã ego cognosco: ꝛ peccatũ meũ contra me
est semp. Tibi soli peccaui ꝛ malũ coram te feci: vt
iustificeris in sermonibꝰ tuis: ꝛ vincas cum iudi-
caris. Ecce eñ in iniquitatibus cõceptus sum: ꝛ
in peccatis cõcepit me mater mea. Ecce eñ veri-
tatem dilexisti: incerta ꝛ occulta sapientie tue ma-
nifestasti mihi. Asperges me dñe isopo ꝛ mũda-
bor: lauabis me sup niuem dealbabor. Auditui
meo dabis gaudium ꝛ leticiam: ꝛ exultabũt ossa
humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis
ꝛ omnes iniqtates meas dele. Cor mũdum crea
in me deus: ꝛ spiritũ rectum innoua in visceribus
meis. Ne proijcias me a facie tua: ꝛ spm sanctum
tuum ne auferas a me. Redde mihi leticiam sa-

lutaris tui: ꝛ spiritu principali confirma me. Do-
cebo iniquos vias tuas: ꝛ impij ad te cõuertentur.
Libera me de sanguinibꝰ deus deus salutis mee
et exultabit lingua mea iusticiam tuam. Domine
labia mea aperies: et os meũ annũciabit laudem
tuam. Quoniã si voluisses sacrificium dedissem:
vtiqꝫ holocaustis nõ delectaberis. Sacrificiũ deo
spiritus cõtribulatus: cor contritum ꝛ humiliatũ
deus nõ despicies. Benigne fac domine in bona
voluntate tua syon: vt edificentur muri hierusalem
Tunc acceptabis sacrificiũ iusticie oblationes ꝛ
holocausta: tunc imponent sup altare tuum vitu-
los. Gloria patri. Añ. Cor contritũ ꝛ humiliatũ ne de-
spicias sed ꝓpter magnã misericordiã miserere mei deus.
Domine exaudi orationẽ meam: ꝛ cla- Ps.
mor meus ad te veniat. Non auertas faciẽ
tuam a me: in quacũqꝫ die tribulor: inclina ad me
aurẽ tuã. In quacũqꝫ die inuocauero te: velociter
exaudi me. Quia defecerũt sicut fumꝰ dies mei: ꝛ
ossa mea sicut cremiũ aruerũt. Percussus sum vt
fenũ ꝛ aruit cor meũ: qꝛ oblitꝰ sum comedere pa-
nem meũ. A voce gemitꝰ mei: adhesit os meum
carni mee. Similis factꝰ sũ pellicano solitudinis
factus sum sicut nocticorax i domicilio. Vigilaui
ꝛ factꝰ sum sicut passer solitariꝰ in tecto. Tota die
exprobrabant mihi inimici mei: ꝛ q̃ laudabãt me
aduersũ me iurabãt. Quia cinerẽ tanqꝫ panẽ mã
ducabã: et poculum meum cum fletu miscebam.

A facie ire indignationis tue: quia eleuans allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fenum arui. Tu autē ineternū pmanes: ⁊ memoriale tuum in generatōne ⁊ generationē. Tu exurgens misereberis syon: q₂ temp⁹ miserendi eius q₂ venit temp⁹. Quoniā placuerūt seruis tuis lapides eius: ⁊ terre ei⁹ miserebunt. Et timebunt gentes nomē tuū domine: et oēs reges terre gloriā tuā. Quia edificauit dñs syon: et videbit in gloria sua. Respexit in orationē hūiliū: ⁊ nō spreuit pcem eoꝝ. Scribant hec in generatiōe altera: ⁊ pplus qui creabit laudabit dominū. Quia pspexit de excelso sancto suo: dñs de celo ī terram aspexit. Ut audiret gemitus compeditorū: vt solueret filios interemptorū. Ut annūcient in syon nomē dñi: laudē eius in hierlm. In conueniendo pplos in vnū: ⁊ reges vt seruiant domino. Respōdit ei in via virtutis sue: paucitatē dierū meorū nūcia mihi. Ne reuoces me in dimidio dieꝝ meoꝝ: in generatiōe ⁊ generationē anni tui. Initio tu domine terrā fundasti: ⁊ opera manuū tuarū sunt celi. Ipsi peribunt tu autē pmanes: et omnes sicut vestimentū veterascent. Et sic opertoriū mutabis eos ⁊ mutabunt: tu autē idem ipe es ⁊ anni tui nō deficient. Filij seruorū tuoꝝ habitabunt: ⁊ semen eorū in seculū dirigetur. Gloria patri. Añ. Dñe puer meus iacet paraliticus in domo ⁊ male torquetur: amē dico tibi ego veniā ⁊ curabo eum. Ps.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. Fiāt aures tue intendētes ī vocem depcationis mee. Si iniquitates obseruaberis dñe: dñe qs sustinebit. Quia apud te ppiciatio est: ⁊ pter legē tuā sustinui te dñe. Sustinuit aīa mea in verbo ei⁹: sperauit aīa mea in domino. A custodia matutina vsq₃ ad noctē: speret israel in dño. Quia apud dñm misericordia: ⁊ copiosa apud eū redēptio. Et ipe redimet isrl: ex omib⁹ iniqtatib⁹ ei⁹. Gloria pri. Añ. Dñe nō sum dignus vt intres sub tectū meū sed tm̄ dic vbo ⁊ sanabitur puer me⁹.

Ps. Domine exaudi orationē meā auribus pcipe obsecrationē meā: in veritate tua exaudi me ī tua iusticia. Et nō intres in iudiciū cū seruo tuo: q₂ nō iustificabitur ī cōspectu tuo oīs viuens. Quia psecutus est inimic⁹ animā meā: hūiliauit in terra vitā meā. Collocauit me in obscuris sic mortuos seculi: ⁊ anxiat⁹ ē in me spūs me⁹: in me turbatū est cor meū. Memor fui dierū antiquorū: meditat⁹ sū ī omnib⁹ opibus tuis: in factis manuū tuarū meditabar. Expandi manus meas ad te: aīa mea sicut tra sine aqua tibi. Uelociter exaudi me dñe: defecit spūs me⁹. Nō auertas faciē tuā a me: et silis ero descēdentib⁹ ī lacū. Auditā fac mihi mane misericordiā tuā: q₂ in te speraui. Notam fac mihi viā in qua ambulē: qa ad te leuaui aīā meā. Eripe me de inimicis meis dñe ad te cōfugi: doce me facere voluntatē tuam:

qꝛ deus meꝰ es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam: ꝓpter nomen tuū domine viuificabis me in equitate tua. Educes de tribalatione animā meam: et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes q̄ tribulant animā meā: quoniā ego seruus tuus sum Gloria patri. Aň. Cum autē sol occidisset omnes qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad iesum ꝛ curabant.

Letania sequit.

Kyrieleyson. Xpeleyson. Kyrieleyson.
Saluatoꝛ mūdi: Adiuua eum domine.
Sancta maria ora pro eo.
Sancta dei genitrix ora pro eo.
Sancta virgo virginū ora pro eo.
Sancte michael ora pro eo.
Sancte gabriel ora pro eo.
Sancte raphael ora pro eo.
Omnes sancti angeli ꝛ archangeli: Orate ꝓ eo.
Sancte Johānes baptista ora pro eo.
Omnes sancti pꝛiarche ꝛ ꝓphete: Orate ꝓ eo.
Sancte petre ora pro eo.
Sancte paule ora pro eo.
Sancte andrea ora pro eo.
Omnes sancti apl'i ꝛ euāgeliste: Orate ꝓ eo.
Sancte stephane ora pro eo.
Sancte laurenti ora pro eo.
Sancte Georgi ora pro eo.
Omnes sancti martyres Orate pro eo.

Sancte Siluester ora pro eo.
Sancte martine ora pro eo.
Sancte nicolae ora pro eo.
Omnes sancti cōfessores: Orate ꝓ eo.
Sancta maria magdalena ora pro eo.
Sancta agatha ora pro eo.
Sancta margaretha ora pro eo.
Omnes sancte virgines ꝛ vidue: Orate ꝓ eo.
Omnes sancti Orate ꝓ eo.

Propicius esto: Libera eum dñe. Propiciꝰ esto Parce ei dñe. Ab omi malo: Libera eū dñe. Ab ira tua: Libera eū dñe. Per aduentū ꝛ natiuitatē tuā: Libera eū dñe Per passiōꝫ ꝛ sctāꝫ crucē tuā: Libera eū dñe. Per gl'iosā resurrectiōꝫ ꝛ admirabilē ascensionē tuā: Libera eū dñe. Per aduentū spūssancti paclit: Libera euꝫ dñe. In die iudicij: Liba eū dñe. Peccatores: Te rogamꝰ audi nos. Ut sanitatē ei dones: te rogamꝰ audi nos. Ut a pñti ꝑiculo ꝛ infirmitate eū liberare digner[is]: te rogamꝰ audi nos. Ut ab ardoꝛe febriū euꝫ liberare digner[is]: te rogamꝰ audi nos. Ut a morte ꝑpetua eū liberare digner[is]: te roga. Ut indulgentiā oīm pctōꝝ suoꝝ ei dones: te roga. Ut eū exaudire digneris: te ro. Ut eū custodire digner[is]: te ro. Fili dei: te ro. Agnꝰ dei q̄ tollis pctā mūdi: Miserē ei dñe Agnꝰ dei q̄ tollis pctā mūdi: ꝑce ei dñe Agnꝰ dei q̄ tollis pctā mūdi: dona ei pace ꝛ sanitatē Xpe audi nos. Kyriel. Xpel. Kyriel. Pater nr̄. V.

Saluũ fac seruũ tuũ. Deus meus sperantẽ in te. ℣. Mitte
ei auxiliũ de sancto. Et de syon tuere eũ. ℣. Esto ei domine
turris fortitudinis. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimi
cus i eo. Et filiꝰ iniq̃tatis nõ apponat nocere ei. ℣. Dñe ex-
audi orõnez meã. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.
OMnipotẽs sempiterne deus: qui per beatũ
iacobũ apl'm tuũ inducere p̃sbyteros eccle-
sie: et vngere infirmos p̃cepisti: presta qm̃s: vt di-
gneris p manꝰ nr̃as hũc famulũ tuum infirmũ de
oleo sanctificato vngere et bene✠dicere: et q̄ fide
lit' postulãtes exteriꝰ amplectimur: hic interiꝰ spũa
liter diuina tua virtus inuisibiliter opet': p. Orõ.
DOmine deus qui p apl'm tuũ Jacobũ locu
tus es dicens. Infirmat' q̃s in vobis indu-
cat p̃sbyteros eccl'ie et orẽt sup euz: vngẽtes eum
oleo sancto: in nomĩe dñi: et orõ fidei saluabit in-
firmũ et alleuiabit eũ dñs: et si i peccatis sit dimit-
tent' ei: cura qm̃s redẽptor nr̄ grã spũssancti lan-
guores huiꝰ infirmi: et sua sana vulnera: eiusq3 di
mitte peccata: atq3 dolores cũctos cordis et corpo
ris ab eo expelle: et plenãq3 interiꝰ et exteriꝰ sanit a-
tẽ misericordit' redde: vt ope misericordie tue re sti
tutus: ad p̃stina reparet' officia: pe. christũ.
Hic imponẽs sacerdos manꝰ sup infirmũ dicat.
IN nomĩe patris: et filij: et spũssancti: extiguat'
in te omĩs virtus diaboli p impositionẽ ma-
nuũ nr̃aꝝ. Jmo p inuocationẽ oĩm sanctoꝝ an ge-
lorũ: archangeloꝝ: patriarchaꝝ: p̲phaꝝ: apl'orũ:
martyrũ: cõfessoꝝ: virginũ omniũq3 sanctoꝝ: amẽ
Hic inunge cũ police de oleo sancto sicut scis di-
Per istã sanctã vnctionẽ cens. p̃mo ad oculos.
et suã pijssimã misericordiã parcat tibi dñs quic-
q̃d oculoꝝ vitio deliquisti: amẽ. Ad aures.
Per istã sanctã vnctionẽ et suã pijssimã misericor
diã parcat tibi dñs quicq̃d auriũ vitio deliquisti:
Per istam sanctã vnctionẽ et Ad nares. amẽ.
suã pijssimã misericordiã parcat tibi dñs quicq̃d
nariũ vitio deliquisti: amen. Ad labia.
Per istam sanctã vnctionẽ et suam pijssimã mise
ricordiã parcat tibi dominꝰ quicq̃d lingue vl' oris
vitio deliquisti: amen. Ad manus.
Per istam sanctã vnctionẽ et suam pijssimã mise
ricordiã parcat tibi dominꝰ quicq̃d tactu manuũ
seu carnis vitio deliq̃sti: amẽ. Ad pedes.
Per istam sanctã vnctionẽ et suam pijssimã mise-
ricordiã parcat tibi dominꝰ quicq̃d incessu peduz
Sancte ambrosi ora pro nobis.
Sancte augustine ora pro nobis.
Sancte hieronyme. ora pro nobis.
Sancte rex stephane ora pro nobis.
Sancte dux Emerice ora pro nobis.
Sancte rex ladislae ora pro nobis.
Sancte benedicte ora pro nobis.
Sancte francisce ora pro nobis.
Sancte dominice ora pro nobis.
Sancte martine ora pro nobis.
Sancte nicolae ora pro nobis.
Sancte bricci ora pro nobis.
Sancte egidi ora pro nobis.
Sancte galle. ora pro nobis.
Sancte anthoni ora pro nobis.
Omnes sancti confessores: Orate pro nobis.
Sancta maria magdalena ora pro nobis.
Sancta Anna ora pro nobis.
Sancta felicitas ora pro nobis.
Sancta perpetua. ora pro nobis.
Sancta Katherina ora oro nobis.
Sancta margaretha ora pro nobis.
Sancta dorothea ora pro nobis.
Sancta agnes. ora pro nobis.
Sancta agatha ora pro nobis.
Sancta Juliana ora pro nobis.
Sancta lucia ora pro nobis.
Sancta Barbara ora pro nobis.

Sancta Helena ora pro nobis.
Sancta Elisabeth ora pro nobis.
Omnes sancte virgines et vidue: Orate ꝓ nob.
Omnes sancti Orate pro nobis.
Propicius esto: Parce nobis domine.
Propicius esto: Libera nos domine.
Ab omni malo: Libera nos domine.
Ab insidijs diaboli: Libera nos dñe.
A subitanea ⁊ iprouisa morte: Libera nos dñe.
A clade ⁊ peste: Libera nos dñe.
Per aduentũ tuũ: Libera nos dñe.
Per natiuitatẽ tuã: Libera nos domine.
Per circũcisionẽ tuã: Libera nos dñe.
Per baptismũ tuũ: Libera nos dñe.
Per sanctũ ieiuniũ tuũ: Libera nos domine.
Per captiuitatẽ tuam: Libera nos dñe.
Per passionẽ ⁊ crucẽ tuã: Libera nos dñe.
Per mortẽ ⁊ sepulturã tuam: Libera nos dñe.
Per gloriosã resurrectionẽ tuã: Libera nos dñe.
Per admirabilẽ ascensionẽ tuã: Libera nos dñe
Per aduentum spũssancti paracliti: Libera nos dñe.
In hora mortis: Succurre nobis dñe.
In die iudicij: Libera nos domine.
Peccatores: Te rogamus audi nos.
Ut pacẽ nobis dones: Te rogamꝰ audi nos.
Ut sanitatẽ nobis dones: Te rogamꝰ audi nos.
Ut ecclesiã tuã regere ⁊ sublimare digneris: Te.
Ut dñm aplicũ et omnes gradus ecclesiasticos

in sancta religione cõseruare digneris: Te roga.
Ut archiepiscopũ nostrũ misericordia et pietas tua custodiat: Te rogamꝰ audi nos.
Ut regẽ nostrũ populũqꝫ subiectũ sub tua ꝓtectione cõseruare digneris: Te roga.
Ut cunctũ populũ christianũ ꝑciosissimo sanguine tuo redemptũ cõseruare digneris: Te roga.
Ut omnibꝰ fidelibꝰ viuis atqꝫ defunctis requiẽ eternã donare digneris: Te roga.
Ut fructus terre dare ⁊ conseruare digneris: Te rogamus audi nos.
Ut nos exaudire digneris: Te roga.
Ut nos custodire digneris: Te roga.
Fili dei: Te rogamꝰ audi nos.
Agnꝰ dei q̃ tollis peccata mũdi: Parce nob dñe.
Agnꝰ dei q̃ tollis peccata mũdi: Exaudi nos dñe.
Agnꝰ dei q̃ tollis peccata mũdi: Miserere nobis.
Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyriel.
Xpe el. Kyriel. Pater noster. Aue maria. Domine exaudi orationẽ. Dominꝰ vobiscũ. Oremꝰ.

Pietatem tuã quesumꝰ omnipotẽs deus: vt has primicias creature: quas aeris et pluuie temperamẽto nutrire dignatus es: bene✠dictionis tue imbre ꝓfundas: tribuasqꝫ populo tuo de tuis muneribꝰ: tibi semꝑ gratias agere: vt a sterilitate terre: esurientiũ animas bonis affluentibus repleas: vt egenus et pauper laudent nomẽ glorie tue: Per christũ. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: arbiter throni q̄ molē terre ex nihilo pendentē gubernas: ⁊ ad victū hūani generis corporisq̃ sustentatiōē agros opibus excolere iussisti: misericordiā tuam supplices exoram': vt quicq̃d in hūc agrū salubri seminis. Satū atq̃ plantatū ē respectu tue clemē-tie ꝓspicias: ⁊ aeris temperiē moderare digneris vt resecato atq̃ absorbto oīm tribuloꝝ spinarūq̃ squalore: efficias fruges fecūdas: ⁊ ad maturita-tē ꝑfectā tribuas ꝑuenire: vt nos famuli tui vberē tuorū donoꝝ fructū cū gratiarūactiōe ꝑcipientes: debitas atq̃ acceptas sancto nomī tuo laudes re-ferre mereamur: Per christū. Oratio.

Te dn̄e petimus ac rogam': vt hos fruct' se-minū: frugū siliginis: ordei: auene: ac alioꝝ cuiuscūq̃ generis existāt: tuis oculis serenis: hila-riq̃ vultu respicere digneris. Sicut em̄ testat' es moysi famulo tuo in terra egypti dicēs: Dic filiis israel: cū ingressi fueritis terrā ꝓmissionis: quam eis daturus sum: vt ꝑmicias frugū offerāt sacer-dotibus: ⁊ erūt bn̄dicte fruges. Ita et nos oram' te dn̄e: vt auxiliū gratie tue sup nos et hos fruct' ad bene✠dicendū ꝓferendū cōcedas: vt nō grā-do surripiat: nō turbo subuertat: nec vis tempesta-tis detrucat: nec aeris serenitas exustet: non inun-datio pluuialis extermīnet. Sed incolumē ⁊ sup-abundantē ꝓpter vsum hominū: ad plenissimam maturitatē ꝑducere digneris: Per christū.

Domine sancte pater omnipotēs Oratio. eterne deus: mitte spiritūsanctū angeloꝝ et archangeloꝝ tuoꝝ: vt defendat segetes nostras a vermib' malis: siue ab auib': vt magnificet no-mē tuū de' ī omni loco: p dn̄m nr̄m ih̄m xp̄m filiū tuū: q̄ tecū viuit ⁊ regnat ī vnitate eiusdē spiritus. Et bene✠dictio dei pr̄is omipotētis: ⁊ fi✠lii: et spūs✠ sancti descēdat et maneat sup has fruges: Amen.

Benedictio pabuli seu auene ī die sancti Ste-phani ꝓthomartyris. Primo legat epistolam.

Lectio actuū apostoloꝝ.

In dieb' illis. Stephan' aūt plen' grā ⁊ forti-tudine faciebat ꝓdigia ⁊ signa magna ī ꝑplo. Surrexerūt aūt quidā de synagoga q̄ appellabat libertinoꝝ: ⁊ cyrenēsiū ⁊ alexandrinoꝝ: et eorū q̄ erāt a cilicia ⁊ asia disputātes cū Stephano: ⁊ no poterāt resistere sapiētie ⁊ spiritui qui loquebat. Audientes aūt hec dissecabant cordibus suis: et stridebant dentib' in eum. Cum aūt esset stepha-nus plen' spūsancto: intendens in celū vidit glo-riam dei: ⁊ iesum stantē a dextris dei. Et ait: Ecce video celos apertos: ⁊ filiū homīs stantē a dextris virtutis dei. Exclamātes autē voce magna: con-tinuerūt aures suas: ⁊ impetū fecerūt vnanimiter in eum. Et eiiciētes eum extra ciuitatem lapida-bant. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui vocabat saulus. Et lapi-

dabant Stephanū inuocantē ⁊ dicentē. Domi-
ne iesu accipe spiritū meū: positis autez genibus
clamauit voce magna dicēs. Domine: ne statuas
illis hoc peccatū. Et cum hoc dixisset obdormiuit
in domino.

Deinde euangeliū qd sequit. Scdm Mattheū.

IN illo tēpore: dixit iesus discipulis suis. Si-
mile factuz est regnū celorū homini qui semi-
nauit bonū semē in agro suo. Cum aūt dormirent
homines: venit inimicus eius ⁊ supseminauit zi-
zania in medio tritici: ⁊ abijt. Cum autez creuisset
herba ⁊ fructū fecisset: apparuerūt ⁊ zizania. Acce-
dentes aūt serui patrisfamilias dixerūt ei. Domi-
ne: nōne bonū semen seminasti in agro tuo? vnde
ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo
hoc fecit. Serui autē dixerunt ei. Uis: imus ⁊ col
ligimus ea? Et ait: Non. Ne forte colligentes zi-
zania eradicetis simul ⁊ triticū. Sinite vtraqꝫ cre-
scere vsqꝫ ad messem. Et in tempore messis dicam
messoribus. Colligite primū zizania: ⁊ alligate ea
in fasciculos ad comburendū: triticū autē cōgre-
gate in horreum meū. Finito euāgelio dicat. Per
istos sermones sancti euangelij indulgeat nobis
dominꝰ noster iesus christus vniuersa nostra cri-
mina ⁊ delicta: amen. Deinde. Bene ✠ dicat do-
minus hanc creaturā pabuli Salis. Ordei. Aue-
ne ⁊ Siliginis. Sequit psalmus.

IN cōuertendo dominꝰ captiuitatē syon: facti
sumus sicut cōsolati. Tunc repletum est gaudio
os nostrū: ⁊ lingua nostra exultatiōe. Tunc dicēt
inter gentes: magnificauit dominꝰ facere cum eis.
Magnificauit dominꝰ facere nobiscū: facti sumus
letantes. Cōuertere domine captiuitatē nostrā:
sicut torrens ī austro. Qui seminānt in lachrymis:
in exultatiōe metent. Euntes ibant ⁊ flebāt: mit-
tentes semina sua. Uenientes autē venient cū exul-
tatōne: portātes manipulos suos. Gloria patri.
Postea pces sequūtur. Kyriel. Xpel. Kyriel. Pa
ter noster. Aue maria. ℣. Saluos fac fideles tuos ⁊ an
cillas tuas. Dn̄e deus meus sperātes in te. ℣. Et si mortife-
rū quid comederint. Nō eis nocebit. ℣. Gustate ⁊ videte
quoniā suauis est dn̄s. Beatus homo qui sperat in te dn̄e.
℣. Domine exaudi orationē. Dn̄s vobiscū. Oremꝰ.

DOmine deus omp̄s creator celi ⁊ terre. Rex
regū et dn̄s dn̄antiū. Exaudi nos famulos
tuos. Clamātes ⁊ orātes ad te. Qui oīa de nihilo
creasti. Et hoc pabulū cū ceteris creaturis ad vsus
aīaliū ⁊ ad eoꝝ nutrimentū fecisti. Et q̄ hodierna
die petitionē sancti Stephani pthomartyris ad
implesti. Te humiliter dep̄camur: vt has creatu-
ras Auene. Salis ⁊ cetera: q̄ ad vsus aīaliū: ⁊ sa-
nitatē eoꝝ. Siue in terra siue in aqua degēcia p in
uocationē sancti nomīs tui. Et p intercessionē be
ate Marie virginis genitricis tue. Et per merita
beati Stephani pthomartyris tui: cuius festum
hodie recolimus: et per preces omniū sanctorum

tuorum bene✠dicere: ⁊ sancti✠ficare digneris: vt que animalia ex eis gustauerint: sanitatem integraliter accipiant p te iesu christe: cuiꝰ solo verbo omnia restaurantur. Saluator mundi rex eterne glorie. Qui in trinitate pfecta viuis ⁊ regnas deꝰ. Per oīa secula seculorū: Amen. *Oratio.*

Deus qui temporibꝰ Helye ꝓphete celum a nubibus restringendo clausisti. Et rursum aperiendo: te mirabiliter ostendisti. Exaudi pces plebis tue per vnigenitū tuum: quem cōsubstantialem et coequalem tibi in diuinitate credimus. Per spiritūsanctū paraclitū quem ab vtroqꝫ procedere cōfitemur. Et per meritum beatissimi prothomartyris Stephani. Cuius hodie festum celebramus: vt bene✠dicas: et sancti✠fices hoc sal: auenam: ordeum: ⁊ siliginem: vt quecūqꝫ animalia ex eis gustauerint adiutoriū omniū sanitatum ac virtutū recipiant per te domine sancte pater. Qui cum filio ⁊ spiritusancto viuis ⁊ regnas deus: Per omnia secula seculorū: Amen.

Et bene✠dictio dei patris omnipotentis: et fi✠lij: et spiritus✠sancti descendat ⁊ maneat sup hāc creaturam Auene: Ordei: Siliginis et Salis: Amen.

Benedictio vini seu amoris sancti Johannis tercio die post domini natiuitatē. Et primo legatur euangeliū. In principio erat verbum. *vt supra in principio. Deinde euāgelium.*

In illo tpe: Nuptie facte *Scōm Johannē.* sunt ī chana galylee: ⁊ erat mat̄ iesu ibi. Vocatus est autē iesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficiēte vino: dicit mater iesu ad eū. Vinū nō habēt. Dicit ei iesus. Quid mihi ⁊ tibi est mlier? nōdum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcūqꝫ dixerit vobis facite. Erāt autē ibi lapidee hydrie sex posite ꝫm purificationē iudeorū: capiētes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis iesus. Implete hydrias aqua: et impleuerunt eas vsqꝫ ad summū. Et dicit eis iesus. Haurite nūc ⁊ ferte architriclino. Et tulerūt. Vt autem gustauit architriclinꝰ aquā: vinū factū: et nō sciebat vnde esset: ministri aūt sciebāt qui hauserant aquā: vocat spōsum architriclinꝰ: et dicit ei. Ois homo primū bonū vinū ponit: ⁊ cū inebriati fuerint: tūc id qđ deteriꝰ est. Tu autē seruasti bonum vinū vsqꝫ adhuc. Hoc fecit initiū signorū iesus in chana galylee: ⁊ manifestauit gloriā suā. Et crediderūt in eum discipuli eiꝰ. *Concludēdo.* Per istos sermones sancti euāgelij indulgeat nobis dn̄s nr̄ iesus christus vniuersa nr̄a crimīa ⁊ delicta: Amē.

Bene✠dicat dn̄s nr̄ iesus christꝰ hanc creaturā vini. ℣. Adiutoriū nostrū in nomine domini. Qui fecit celum et terram. *Deinde legat psalmus.*

Dominꝰ regit me ⁊ nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: aīaʒ meā couertit. Deduxit

me sup̱ semitas iusticie: ꝓpter nomen suū. Nam ⁊ si ambulauero in medio vmbre mortis: nō timebo mala q̄m tu mecum es. Virga tua ⁊ baculus tuus: ipsa me cōsolata sunt. Parasti in cōspectu meo mensam: aduersus eos q̄ tribulant me. Impinguasti in oleo caput meū: ⁊ calix meus inebrians q̄ꝫ p̄clarus ē. Et misericordia tua subsequet̄ me: omnibꝰ diebus vite mee. Et vt inhabitē in domo dn̄i: in longitudine dierum. Gloria patri.

Preces sequūtur. Kyriel. Xp̄el. Kyriel. Pater nr̄. Aue maria. ℣. Saluos fac fideles tuos ⁊ ancillas tuas. Domine deus meus sperātes in te. ℣. Et si quid nociuū biberint. Nō eis nocebit. ℣. Gustate ⁊ videte q̄m suauis est dn̄s. Beatus homo qui sperat i te dn̄e. ℣. Domine exaudi orationē. Dominꝰ vobiscū. Oremus.

DEus ⁊ pater dn̄i nr̄i iesu christi. Cuiꝰ verbo celi firmati sunt. Cui oīs creatura deseruit: ⁊ omīs potestas subiecta est ⁊ metuit ⁊ expauescit. Nos te ad auxiliū nr̄m iuocamꝰ. Cuiꝰ audito nomine serpēs cōquiescit: draco fugit: vippera silet: Et subdola illa que dicit̄ rana inquieta torpescit. Scorpiꝰ extinguit̄. Regulꝰ vincit̄. Squalangus nihil noxiū opat̄. Et oīa venenata ⁊ adhuc fortiora aīalia noxia terrent̄. Tu extigue oēs diabolici fraudes. Et oēs hūano generi aduersantes nequicias. Et hūc potū p̱ intercessiōez beatissime virginis marie. Et beati iohis apl'i ⁊ euāgeliste: ⁊ oīm sctōꝝ tuoꝝ meritis ⁊ intercessiōibus. Tua virtute bene✠dic: vt oēs ex eo gustātes ab omi malo cu-

stodias: ⁊ ad regnū gl'ie tue p̱ducas: Per eundē.

DOmine ihu xp̄e: q̄ ex q̄nqꝫ panibꝰ et duobꝰ piscibꝰ q̄nqꝫ milia hoīm saciasti. Et ī chana galylee vinū ex aq̄ fecisti. Qui es vitis vera: mł'tiplica sup̱ nos misericordiā tuā: et pietatis tue clemētiā nobis ondē: queādmodū fecisti cū patribꝰ nr̄is ī misericordiā tuā sperātibꝰ: bn̄✠dicere ⁊ sācti✠ficare digneris hāc creaturā vini: quā ad sustētatiōez fideliū tuoꝝ tribuisti: vt quicūqꝫ ex hac visꝰ fuerit: vel a q̄libet potatus: diuine bn̄dictōnis tue opulētie repleat̄. Et oībꝰ accipiētibꝰ ex eo: cū grāꝝ actiōe sanctificent̄ ī visceribꝰ eoꝝ: per eundē.

DEus cuiꝰ potestate beatꝰ Johes Oratio. euāgelista potū venenosum toxicū digessit: bene✠dicere ⁊ cōse✠crare digneris hāc creaturā vini: vt oēs ex eo gustātes: expulso omni gustu nociuo: infuso tue bn̄dictiōis mysterio: sit ī terris corp̱is ⁊ aīe remissio criminū: ⁊ ī celis p̱petua cōsolatio: per dn̄m. Dn̄s vobiscū. Bn̄dicamꝰ dn̄o. Et bn̄✠dictio dei p̄ris omīpotētis: ⁊ fi✠lii: ⁊ spiritus✠ sancti descēdat ⁊ maneat sup̱ hāc creaturā vini: Amen.

Benedictio baculorū ⁊ capsellaꝝ p̱ p̱egrinis.

Pax domini sit semp̱ vobiscū. Et cū spiritu tuo. Oratio.

DOmine iesu christe mūdi redemptor ⁊ conditor. Qui beatis apostolis tuis precepisti: vt euntes in p̄dicatōnem virgas tantū sumerent. Te supplici deuotōne deposcimꝰ: vt digneris has capsellas: ⁊ hos fustes bene✠dicere. Quatinus

ipsi q̃ ista in signū ꝑegrinatōnis: et suorū corporū
sustentationē sunt recepturi: tue celestis gratie re-
cipiāt plenitudinē: vt in eis munimē tue benedi-
ctiōis ꝑcipere possint: vt queādmodū v̓ga aaron
in templo dn̄i florentē: ad rebelliū iudaicarū ꝑfi-
diam repellendā benedixisti. Ita ⁊ hoc signaculo
seruos beatoꝝ apostoloꝝ Petri ⁊ Pauli ad limīa
adorare ꝑgentes: ab omnibꝰ peccatis absoluas:
vt in die iudicij ab impijs sepati. In dexteraꝫ sint
partē coronandi: Per christū. Oratio.

DOmine iesu christe fili dei viui: qui recto in-
cedentibꝰ itinere pius es auctor: te supplicit̃
exoramꝰ: vt has peras: et hos baculos tua bn̄ ✠
dictiōe cōsecrare digneris. Et p̄sta pijssime pater
vt hij famuli tui. N. q̃ has peras ī humeris suspē
derint. Et hos baculos tua bene ✠ dictiōe in ma-
nibus portauerint ope benedictiōis tue repleant̃
hic ⁊ vbiqꝫ defensiōis tue auxilio muniāt̃: ꝑ xp̄m.

Hic det eis capsellas ⁊ baculos scꝫ ad manus.

Oratio.

ACcipite has capsellas: ⁊ hos fu-
stes: ⁊ ꝑgite ad limina aplꝛoꝝ Petri ⁊ Pau
li. In nomīe patris: ⁊ filij: ⁊ spūssancti: ⁊ ꝑ inter-
cessionem beate dei genitricis virginis Marie: ⁊
omniū sanctoꝝ: mereamini in hoc seculo accipere
remissionē omniū peccatoꝝ: ⁊ in futuro cōsortiuꝫ
beatoꝝ. Accipite has peras: ⁊ hos baculos itine
ris vestri in nomīe dn̄i. Qui Thobie angelū Ra-
phaelē ad custodiendū misit vt ipe vobis angelū

suum bonū custodem mittat. Qui vos ad loca de-
stinata perducat: ⁊ ad priora reducat: Per christū

Oratio alia.

OMnipotens sempiterne deus humani gene
ris reformator ⁊ auctor. Qui abrahe puero
tuo p̄cepisti: vt iret de terra natiuitatis sue: ⁊ veni
ret in terram ꝓmissionis quā ei daturū ꝓmiseras
Necnō et populū israeliticū in deserto te adoran-
dum multis ꝓdigijs venire fecisti. Nos quesu-
mus ad beatoꝝ apostoloꝝ Petri ⁊ Pauli limina
adorare ꝑgentes ac redeuntes: a periculis omni-
bus eruas: ⁊ a peccatoꝝ nexibus absoluas. Et tu
qui es vera vita in te cōfidentibus eorū iter bene
disponas: vt inter omnes huiꝰ seculi ꝑturbatiōes
tuo ꝓtegantur auxilio. Mitte eis domine ange-
lum tuū: quē Thobie famulo tuo comitē dedisti:
vt vbicūqꝫ māserint sit illis defensor ꝯtra insidias
omniū inimicoꝝ visibiliū ⁊ inuisibiliū: quatenus
leti ⁊ incolumes ad nos iterū redire valeāt: Pre-
stante domino nostro iesu christo.

Hic ꝓsternant seu inclinant se humiliter ante
altare ⁊ dicat̃ psalmus.

QUi habitat in adiutorio altissimi: in ꝓtecti-
one dei celi cōmorabit̃. Dicet domino susce
ptor meus es tu ⁊ refugiū meū: deus meus spera
bo in eum. Quoniam ipe liberauit me de laqueo
venanciū: et a verbo aspero. Scapulis suis ob-
umbrabit tibi: ⁊ sub pennis eiꝰ sperabis. Scuto

circūdabit te veritas eius: non timebis a timore
nocturno. A sagitta volante in die a negocio p-
ambulante ī tenebris: ab incursu τ demonio me-
ridiano. Cadent a latere tuo mille: et decem mi-
lia a dextris tuis: ad te autē non appropinquabit.
Verūtamē oculis tuis cōsiderabis: τ retributio-
nem peccatorū videbis. Quoniam tu es domine
spes mea: altissimū posuisti refugiū tuum. Non
accedat ad te malū: τ flagellum nō appropinqua-
bit tabernaculo tuo. Quoniā angelis suis man-
dauit de te vt custodiant te: in omnibꝰ vijs tuis.
In manibus portabunt te ne forte offendas: ad
lapidem pedem tuū. Super aspidem τ basiliscū
ambulabis: et conculcabis leonem τ draconem.
Quoniā in me sperauit liberabo eum: ptegam
eum quoniā cognouit nomē meū. Clamauit ad
me τ ego exaudiā eum: cum ipo sum in tribulati-
one: eripiā eum τ glorificabo eum. Longitudi-
ne dierū replebo eum: τ ostendā illi salutare meū.
Gloria patri τ filio. Canticum.
Nunc dimittis seruū tuū domine: sm verbū
tuum in pace. Quia viderūt oculi mei: salu
tare tuū. Quod parasti: ante faciez omniū popu-
lorū. Lumen ad reuelationē gentiū: τ gloriā ple-
bis tue israel. Gloria patri τ fi. Preces sequūtur.
Kyriel. Xpel. Kyriel. Pater noster. Aue maria.
℣. Tu mandasti. Mandata tua custodiri nimis. ℣. Utinā
dirigant vie vestre. Ad custodiēdas iustificatiōes vestras.

℣. Saluos fac seruos tuos τ ancillas tuas. Domine deus
meus sperantes in te. ℣. Mitte eis domine auxiliū tuum.
Et sana eos de interitu eorum. ℣. Uias tuas domine demō
stra eis. Et semitas tuas doce eos. ℣. Angelis suis manda
uit de te. Ut custodiant vos in omnibꝰ vijs vestris. ℣. Esto
eis domine turris fortitudinis. A facie inimici. ℣. Domine
deus virtutum conuerte eos. Et ostende eis faciem tuam et
salui erunt. ℣. Domine exaudi orationem meā. Dominꝰ
vobiscum. Oremus.
Exaudi domine pces nostras: τ iter famulo-
rum tuorū pspicius comitare: atq3 misericor
diam tuā: sicut vbiq3 es ita vbiq3 largire. Quate-
nus ab omnibꝰ aduersitatibꝰ tua opitulatiōe de-
fensione iustorū desiderato ponant effectu: τ gra
tiarū referant actiōes: Per dominū. Oratio.
Exaudi nos domine: τ iter famulorū tuorum
inter vite huiꝰ pericula tuo semp protegant
auxilio: Per christū. Oratio.
Domine deus pater omnipotēs: qui es du-
ctor sanctorū: τ dirigis itinera iustorū: diri-
ge angelū pacis cum omnibꝰ famulis tuis. Qui
eos ad loca destinata vel optata pducat: sit eis co-
mitatus iocundus. Nullus vie aut vite surripiat
inimicus: pcul ab eis sit malignorū accessus. Et
comes dignetur esse spiritussanctus: Per dominū
nostrū: eiusdē spiritus.
Deinde dicatur canticū.

Benedictus domin⁹ deus israel: quia visita-
uit ⁊ fecit redemptionē plebis sue. Et ere-
xit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui.
Sicut locutus est per os sanctorum: qui a seculo
sunt ꝓphetarū eius. Salutem ex inimicis nostris:
⁊ de manu omniū qui oderunt nos. Ad faciendā
misericordiā cum patribus nostris: et memorare
testamenti sui sancti. Iusiurandū qđ iurauit ad
abraham patrem nostrū: daturum se nobis. Ut
sine timore de manu inimicorū nostrorū liberati:
seruiamus illi. In sanctitate ⁊ iusticia coram ipo:
omnibus diebus nostris. Et tu puer ꝓpheta al-
tissimi vocaberis: pibis eni ante faciem domini:
parare vias eius. Ad dandā scientiā salutis ple-
bi eius: in remissionē peccatorū eorum. Per vi-
scera misericordie dei nostri: in quibus visitauit
nos oriens exalto. Illumiare his qui in tenebris
et in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes
nr̄os in viam pacis. Gloria patri.

Sequit̄ oratio.

Adesto domine supplicatiōibus nostris: ⁊ vi-
as famulorū tuor̄. N. in salutis tue ꝓsperi-
tate dispone: vt inter omnes vie ⁊ vite hui⁹ varie-
tates: tuo semꝑ ꝓtegant̄ auxilio: Per.

In reuersione peregrinorū dicat̄ psalmus.

Ecce q̄ȝ bonū ⁊ q̄ȝ iocundū: habitare fratres
in vnū. Sicut vngentū in capite: qđ descen
dit i barbam barbam aaron. Quod descendit in

oram vestimēti eius: sicut ros hermon qui descen
dit in montē syon. Quoniā illic mandauit domi-
nus benedictionē: ⁊ vitam vsq; in seculū. Gloria
patri et fi. Kyriel. Xp̄el. Kyriel. Pat noster. Aue
maria. ℣. Benedicti qui venit in nomine domini. Deus
dominus ⁊ illuxit nobis. ℣. Domine exaudi orationē meā.
Dominus vobiscū. Oremus.

Deus humiliū visitator. Qui fraterna nos di-
lectione cōsolaris: pretende societate nostre
gratiā tuā: vt ꝑ eos in quib⁹ habitas: tuū i nobis
sentiam⁹ auxiliū: Per christū. Oratio.

Da quesum⁹ omnipotēs deus: vt his famu-
lis tuis quos ad nos incolumes redire feci
sti: quicqđ i mēte fragilitate dereliq̄rint: tu ꝓpicia-
tus dimittas: Per christū.

Benedictio noui panis. Oratio.

Bene ✠ dic domine creaturā istam panis: si-
cut benedixisti quinq; panes i deserto: vt sit
domin⁹ eiusdē abundās in animū alimentū: gu-
stantesq; ex eo: accipiāt tam corpis q̄ȝ anime sani-
tatem: Per christū. Oratio.

Deus qui accepto et distributo pane: vetus
determinās pasca ⁊ nouū insinuans. Calicē
accipiens benedixisti: ⁊ discipulis tuis ad biben-
dū porrexisti. Quiq; in cruce ꝑ mūdi salute posit⁹
aqua ex latere ꝓprio vnacū sanguie ꝓprio ꝓfluxis-
se supna sanctiōe voluisti. Respice ꝓpicius humi-
litatē nr̄e famulatū: ⁊ paratā benedictionē ꝓuide:

vt quicūq3 ex hoc calice mysticā sanguinis tui memoriā mūdato corde ꝑgustauerit: omniū peccatorum a te misericordissimo veniā: ⁊ gaudia impetrare mereatur. Qui cum deo patre.

Benedictio vue siue noue fabe. Oratio.

Bene✠dic domine hos fructus terre nouos vue siue fabe. Quos tu domine p rorē celi ⁊ inundantiā pluuiarū: ⁊ tēpora serena atq3 tranquilla ad maturitatē pducere dignatus es: ad pcipiendū nobis cum gratiarū actiōe: Per dnm.

Pomorū benedictio. Oratio.

Deprecamur omps eterne deus: vt bene✠dicas fructū pomorū nouū: vt q esu interdicte arboris letalis pomi in pthoplasto iusti funeris sentētia multiplicati sumus: p illustrationē vere filij tui redemptoris dei: ac dni nri ihu xpi ⁊ sanctispiritus bndictione: sanctificata sint oia atq3 bndicta: depulsis atq3 abiectis vetusti hostis atq3 pmi parētis facinoris intentiōis insidijs. Salubriter ex huius diei anniuersācia solēnitate: de vniuersis terre edentibus germinibus summamus: Per christū.

Benedictio ad vasa noua. Oratio.

Protector fideliū deus: ⁊ subditorū peccatorum habitator: quesumus: vt serenis oculis tue pietatis hec vascula ita illustrare digneris: vt sup ea descendat gratie tue larga benedictio: vt cū salubritate vtentes eis. Per gratiā tuā mereant vasa effici mūda: Per christū.

Benedictio noue domus. Oratio

Adesto dne supplicatiōibus nris. Et hanc domū serenis oculis tue pietatis illustra: descēdat q3 sup habitātes in ea tue gratie larga benedictio: vt in his manufactis cum salubritate manētes. Ipi tuū semp sint habitaculū: Per. **Oratio.**

Exaudi nos domine sancte pater omnipotēs eterne deus. Et si qua sunt cōtraria vel aduersa in hac domo famuli tui. N. auctore tue pietatis pellantur: Per christum. **Oratio.**

Benedic domine deus omnipotēs locū istū: vt sit in eo sanitas: sanctitas: castitas: virtus: victoria: sanctimonia: humilitas: bonitas: mansuetudo: plenitudo legis atq3 obedientia tibi deo patri ⁊ filio ⁊ spiritusancto. Hec sit bene✠dictio sup hunc locum. Et sup omnes habitantes in eo. Nūc ⁊ in oia secula seculorū: Amē. **Oratio alia.**

Defende quesumus locū istū: ⁊ habitatores eius a minimis vsq3 ad maiores cū pecudibus ab igne. Infirmitate. Ab ira tua: ⁊ ab omnibus tribulatiōibus atq3 insidijs diaboli: vt sis habitator ⁊ custos istius loci: Per christū. ℣. Adiutoriū nostrū i nomine dni. Qui fecit celum ⁊ terram. **Oratio.**

Te deum patrē omnipotentē suppliciter exoramus vt pro hac domo: ⁊ pro domo huius habitatoribus ac spe: vt eam bene✠dicere ⁊ sancti✠ficare digneris: vt sint promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud. Tribue etiam

eis de rore celi abundantiā. Et de pinguedine ter-
re vite substantiā: ⁊ desideria: voci eorū effectum
tue miserationis pducas. Ad introitū ergo vestrū
bene✠dicere ⁊ sancti✠ficare digneris hanc do-
mū sicut benedicere dignatus es Abrahā: Ysaac:
⁊ Jacob: vt intra parietes domus istius et angu-
los eius inhabitent: Per christū. Oratio.

BEne ✠dicat vos deus celi: adiuuet vos chri
stus filius dei. Corpus vestrū in sancto suo
seruicio cōfirmet: mentes vestras illuminet. Sen
sus vestros custodiat. Gratiā suā ad pfectū ani-
marū vrarū in vobis augeat. Ab omni malo vos
liberet. Et dextera sua vos defendat: qui sanctos
suos semp adiuuat: ipse vos adiuuare ⁊ cōsecra-
re dignetur. Cuius regnū ⁊ imperiū sine fine ma-
net in secula seculorum: Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

Angel⁹ dn̄i bon⁹ comitet vobiscū: ⁊ bene dispo
nat māsionē vestrā in secula seculorū: Amen.

Sequit oratio dominica.

PAter noster qui es in celis: sanctificet nomē
tuū. Adueniat regnū tuū. Fiat volūtas tua:
sicut i celo ⁊ in terra. Panē nostrū quotidianū da
nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra: sicut
et nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Et ne nos
inducas i tentatiōe. Sed libera nos a malo: Amē

AUe maria gratia plena: domin⁹ tecū: bene-
dicta tu in mulierib⁹: et benedictus fructus
ventris tui iesus: Amen. Simbolū.

CRedo in deū: Patrē omnipotentē creatorē
celi ⁊ terre. Et i iesum christū filiū eius vni-
cū dominū nostrū. Qui cōceptus est de spūsancto
Natus ex maria virgine. Passus sub poncio py-
lato. Crucifixus: mortuus ⁊ sepultus. Descendit
ad inferos: tercia die resurrexit a mortuis. Ascen-
dit in celos sedet ad dexterā dei patris omnipotē-
tis. Inde venturus ē iudicare viuos et mortuos.
Credo in spiritūsanctū ⁊ sanctā catholicā ecclesiā.
Sanctorū cōmunionē. Remissionē peccatorū. Car
nis resurrectionē vitam eternā: Amē.

Sequūtur decē pcepta q̄ habent Exod. xx.

Primū preceptū.
Unum crede deum.
Secūdum preceptū.
Non assumes nomē dei tui inuanū.
Terciū preceptū.
Sabbata sanctifices.
Quartū preceptū.
Honora patrem tuū et matrem.
Quintū preceptū.
Non occides.
Sextum preceptū.
Non furtum facies.
Septimū preceptū.
Non mechaberis.

Octauū preceptū.
Non loqueris falsum testimoniū.
Nonum preceptū
Non concupisces vxorem ꝓximi tui.
Decimū preceptū.
Non desiderabis rem ꝓximi tui.
Septē peccata mortalia magr̄ in ij. dist. xlij.
1 Superbia.
2 Auaricia.
3 Luxuria.
4 Jra.
5 Gula.
6 Jnuidia.
7 Accidia.
Quinqȝ sensus corporis. ij. de anima.
Uisus.
Auditus.
Gustus.
Olfactus.
Tactus.
Peccata clamantia in celum.
Peccatū Sodomiticū. Geñ. xviij.
Oppressio pauperū. Jaco. vlti.
Merces detenta laborū. Deu. xxiiij.
Occisio innocentū. Geñ. iiij.
Peccata in spiritūsanctū mgr̄ in. ij. di. xliij.
Jnuidia fraterne gratie.
Jmpugnatio veritatis agnite.
Desperatio de dei misericordia.

44

Presumptio impunitatis.
Obstinatio in peccatis.
Jmpenitentia finalis.
Peccata aliena. xxiij. q. iiij. ca. ita plane.
Precipere malum.
Consulere malum.
Permittere malum.
Participare in malo.
Defendere malum.
Refugiū sustinere ꝓ malo.
Complacentiā habere in malo.
Laudare malū siue adulari.
Non reuelare malum.
Septē sacramēta. magister in. iiij. dist. j.
Baptismus.
Confirmatio.
Penitentia.
Matrimoniū.
Ordo.
Eucharistia.
Extrema vnctio.
Sex opera misericordie. Math. xxv.
Cibare esurientem.
Potum dare sitienti.
Uisitare infirmū.
Uestire nudum.
Consolari mestum.
Hospitare peregrinū.

Septem dona spūssancti ysa. xi.

Timor.
Fortitudo.
Consilium.
Pietas.
Intellectus.
Scientia.
Sapientia.

Circūstan-tie peccatoꝝ iiij. et hi.	Quis	quo ad	personam.
	Qualis		statum.
	Qualiter		modum.
	Quare		fidem.
	Quotiens.		numerū.
	Quando.		tempus.
	Ubi		locum.

Ordo in purificatione sancte Marie sacerdos indutꝰ vestibꝰ solēnibus cū thuribulis ⁊ crucibꝰ exiens de sacrario. veniat ante altare ⁊ dicat. Asp-
E Xaudi q̃su- Orō. ges me dñe. ℣. Ostende nobis.
mus dñe plebē tuā: vt q̄ extrinsecus annua deuotiōe tribuis venerari: interiꝰ assequi grē tue luce cōcede: Per xp̄m. Ad pcessionē ℟. Gaude maria v̄go cūctas hereses sola interemisti que gabrielis archangeli dictis credidisti. Dū virgo deū ⁊ hoiem genuisti et post ptū virgo inuiolata pmāsisti. ℣. Gabrielē archangelū scimus diuinitꝰ te esse affatū: vterū tuū de spūsancto credimus impgnatū: erubescat iudeus infelix q̄ dicit xp̄m ex ioseph semie esse natū. ℣. Post partū virgo. Orō.
F Amuloꝝ tuoꝝ q̄ms dñe delictis ignosce: vt q̄ tibi placere de actibꝰ nr̄is nō valemꝰ: genitricis filij tui dñi nr̄i iesu xp̄i intercessiōe saluemur: p eū.

Qua finita benedicat nouus ignis Oratio.

D Omine sancte pater omnipotēs eterne deꝰ bn̄ ✠ dicere ⁊ sancti ✠ ficare digneris ignē istū: quem nos indigni suscipimꝰ p inuocationē vnigeniti filij tui dñi nr̄i iesu xp̄i: quē hodie in tēplo p̄sentatū iustū symeonē diu expectātē i vlnis suscepisse nouimus: ⁊ salutare tuū ante faciē oīm pplōꝝ eē: lumē scꝫ gentibꝰ ⁊ gloriā plebis tue isrl̄ pphetico spū docuit. Te q̄ms dñe bn̄ ✠ dicere digneris lumē istud: ⁊ omibꝰ illud manu gestātibꝰ verū lumē tue maiestatis cōcede: vt te agnoscentes: te diligētes: te q̄rentes: p viam virtutū ad te

valeāt puenire: Per eundē dnm. An. Aue gra ple
na dei genitrix virgo: ex te enī ortus ē sol iusticie: illuminās
q in tenebris sunt: letare τ tu senior iuste: suscipiēs iesum in
vlnas: liberatorē aīax nrax donantē nobis τ resurrectiōez
Omnipotēs sempiterne deus q ho- Oro.
dierna die vnigenitū tuū vlnis sancti syme-
onis i tēplo sancto tuo suscipiendū psentasti: tuā
depcamur supplices clementiā: vt hos cereos qs
nos famuli tui i tui nomis magnificētia suscipiē-
tes gestare cupim?: luce accensos: bn✠dicere: et
sancti✠ficare atqz lumie supne bndictiōis accen
dere digneris: qtenus eos tibi dno deo nro offe-
rendo digni: τ sancto igne tue dulcissime charita-
tis accensi: in tēplo sancto glie tue repsentari me-
reamur: Per eudem. An. Adorna thalamū tuū syon τ
suscipe regē christuz amplectere mariā q est celestis porta:
ipa eñ portat regē glorie noui lumis subsistit virgo addu-
cens manib? filiū an luciferū quē accipiēs symeon i vlnas
suas pdicabat pplis dnm dnī esse vite τ mortis τ saluatorē
Domine de? omps creator celi Oro mūdi.
τ terre: rex regū τ dns dnantiū: exaudi nos
famulos tuos clamātes τ orantes ad te. Preca-
mur te dne scte pat omps eterne deus: q oīa ex ni
hilo creasti: q iussu tuo p opa apum huc liquorē
ad pfectionē cerei venire fecisti: τ q hodierna die
petitionē iusti symeonis implesti: te hūiliter dep-
camur: vt has candelas ad vsus hoīm τ salutem
aīax τ corpox: siue i terra siue i aquis: p inuoca-

tionē tui sancti nomis: τ per intercessionē sancte
marie virginis genitricis filij tui: cui? hodie festa
deuoti pcolim?: τ p preces oīm sanctox tuox be-
ne✠dicere τ sancti✠ficare digneris: vt hec plebs
tua illas honorifice i manib? portās: cantādo: te-
qz laudando: a te pio dno exaudiat de celo sancto
tuo: τ de sede maiestatis tue: ppitiusqz sis oibus
clamātibus ad te: qs redemisti pcioso sanguie fi-
lij tui. Qui tecū viuit. An. Responsum accepit symeon
a spūsancto: nō visurū se mortē nisi videret xpm dnī: τ cum
induceret puerū in templū accepit eū in vlnas suas τ bndi
xit deū τ dixit: nūc dimittis dne seruū tuū in pace. Oratio.
Bene✠dic dne iesu christe hāc creaturā cere
supplicātib? nobis: τ infunde ei p crucis tue
sancte virtutē: bn✠dictionē celestē: vt q eā ad re
pellendas tenebras hūano generi tribuisti: talez
signaculo sancte crucis tue fortitudinē τ bn✠di-
ctionē accipiat: vt i quibuscūqz locis accensa siue
imposita fuerit: discedat et cotremiscat ille mali-
gnus dyabol?: τ effugiat pauidus cū oibus mi-
nistris suis de habitatiōib? illis: nec psumat am-
plius inqetare seruiētes deo. Proinde supplices q
sumus dne: vt emittas angelū tuū raphaelē: vt q
euulsit τ expulit a sara τ thobia demonē mortife-
rū τ infestantē: coterat illū τ pdat de cūctis habi-
tatiōibus colentiū deū: de basilicis: de domib?: de
angulis: de lectulis: de refectorijs: de cūctis locis:
in qbuscūqz deo famulātes habitāt τ requiescūt:

dormiũt: vigilãt: ambulãt: ꝛ cõsistunt: nõ valeat
amplius inq̃etare: vel pauore immittere sup illos:
quos crismatis tui vnctio fecit esse munitos. Be
ne ✠ dico te creatura ceree: in nomie dñi dei nři: ꝛ
sancte trinitatis: vt sis extermiatio diaboli: ꝛ oim
cõtubernaliũ eius. Per eũ q̃ viuit ꝛ regnat deus.

PEr omnia Muta vocẽ ad modũ pfatiõis.
secula seculoꝝ: Amẽ. Dñs vobiscũ. Et cum
spũ tuo. Sursum corda. Habem⁹ ad dñm. Gra
tias agam⁹ dño deo nostro. Dignũ ꝛ iustum est.

VEre dignũ ꝛ iustũ est: equũ ꝛ salutare. Qui
p serenissimã ac placidissimã stellaꝫ genitri
cem tuã: cui⁹ sacratissimũ nomẽ p ineffabile ꝛ in
enarrabile meritũ stella maris interptat: hũanũ
genus illumiare dignat⁹ es. Pro hoc maxio gau
dio hodierna die ouãtes: ꝛ ideo i nřis manib⁹ ve
nerabiliter cãdelas ferẽtes: ꝛ incessabili voce cla
mãtes: vt p dulcissimo amore ꝛ clemẽtissima int
cessiõe tue digne genitricis: sempq̃ vginis nos
indignos: sed tñ pcioso sanguie tuo redẽptos: te
eterno ac lumine vero facias clemẽter pfrui. Qui
cũ patre ꝛ spũsancto viuis ꝛ regnas. Oratio.

OMnipotẽs sempiterne de⁹: q̃ p moysen fa
mulũ tuũ: purissimũ olei liquorẽ ad lumia
ria ante cõspectũ tuũ iugit ꝯtinuãda pparare ius
sisti: bñ ✠ dictiõis tue gratiã sup hos cereos be
nignus infunde: q̃tenus sic ãministrẽt lumẽ exte
rius: vt te donãte lumẽ sanctispũs in nřis nõ desit

cordib⁹ interius: Per eiusdẽ. Qua finita cantor
incipiat. Lumẽ ad reuelationẽ gentiũ ꝛ gloriã plebis tue
israel. Ps. Nunc dimittis seruũ tuũ. Et sic cantet
cũ singulis versib⁹. ꝛ interim accendant candele.

ILlumina q̃s dñe popu- Tũc sequit Orõ.
lũ tuũ: ꝛ splẽdore gratie tue cor eius semp ac
cende: vt saluatorẽ suũ incessant agnoscat: ꝛ vera
citer apprehẽdat: xp̄m dñm no. Choratores in re
uersione incipiãt hymnũ. Qd chorus vatum. vel
hymnũ. Lux mũdi beatissima. Cũ puenerint ad
chorũ sacerdos dicit ℣. Responsum accepit symeon a

DA q̃s dñe pplo Orõ. spũsctõ. Se nõ visurũ.
tuo: iuiolabilẽ fidei firmitatẽ: vt qui vnige
nitũ tuũ in tua tecũ gloria sempiternũ: in veritate
nostri corpis natũ de matre virgine cõfitent: et a
psentib⁹ liberent aduersis: ꝛ mãsuris gaudijs in
serant: Per. Tũc sequit añ. Cũ induceret puerũ ihm
parẽtes eius: accepit eũ symeon in vlnas suas ꝛ benedixit
deũ dicens: nũc dimittis dñe seruũ tuũ in pace. Ps. Bñ
dictus dñs. ℣. Respõsum accepit symeon a spũsancto.
Nõ visurũ se mortẽ nisi videret christũ domini. Oratio.

PErfice in nobis dñe q̃s gratiã tuã: q̃ iusti
symeonis expectationẽ implesti vt sicut ille
pusq̃ christũ dñm videre mereret mortẽ nõ vidit
ita ꝛ nos vitam obtineamus eternã: Per eundẽ.
Deinde agitur missa ordine suo.

In capite ieiunij Exorcismus cinerū.

Exorcizo te cinis in noīe pa ✠ tris omnipotētis ⁊ in noīe iesu christi ✠ filij dei: ⁊ spiritus ✠ sancti: q̄ te p̄ ignē in fauillā cōuerti p̄cepit: vt sicut iussiōe dei p̄ sanctū famulū eius moysen: cinis vitule in pp̄lo aspersus: oēm cōgregationē filioꝝ isrl' sanctificauit: ita ⁊ tu exorcizat⁹ sis ī nomine sancte tri ✠ nitatis in terra ⁊ in cilicio aspersus: in eis q̄ scrutinia sūt habituri: sup̄ stantes vl' trāsituros: diabol⁹ nō lateat: sed manifestet̄ ⁊ expellat̄: vt puri ⁊ sinceri inueniant̄. Te autē petimus ⁊ rogamus pat̄ omīpotēs: vt sicut niniuitarū populi ad p̄dicationē Jone p̄phete misericordiā tuā dn̄e exorātes: suoꝝ veniā meruerūt cōseq̄ pctōꝝ: ita ⁊ hi q̄ ad tuam gratiā p̄cipiendā venire desiderāt: amputatis maculis carnalibus: p̄ sacri baptismatis regenerationē: suoꝝ finē cōstituant viciorꝝ: Per dn̄m.

Alia.

Omnipotēs sempiterne deus: parce metuētib⁹: p̄pitiare supplicātibus: et mittere dignare sanctū angelū tuū de celis: q̄ bene ✠ dicat: ⁊ sancti ✠ ficet hos cineres: vt sint remediū salutare omīb⁹ nomē tuū sāctū hūiliter implorātib⁹: ac semetipsos p̄ p̄sciētia delictoꝝ suoꝝ accusantib⁹: ⁊ ante cōspectū diuine clemētie tue: facinora sua deplorātibus: vel serenissimā pietatē tuā suppliciter obnixeq̄ flagitātibus: p̄sta q̄s p̄ inuocationē sanctissimi nomis tui: vt quicūq̄ eos sup̄ se asp̄serint: p̄ redēptione peccatoꝝ: corporis sanitatē: ⁊ aīe tutelam p̄cipiāt: Per dn̄m.

Orō.

Deus q̄ nō mortē: sed penitentiā desideras pctōꝝ: fragilitatē hūane cōditiōis benignissime respice: ⁊ hos cineres q̄s causa p̄ferēde hūilitatis: atq̄ p̄merēde venie capitib⁹ nr̄is imponi decernim⁹: bn̄ ✠ dicere p̄ tua pietate digneris: vt q̄ nos cinerē esse: ⁊ ob prauitatis nostre meritū: in puluerē reuersuros cognoscim⁹: oīm pctōꝝ veniā: ⁊ p̄mia penitētib⁹ repromissa: misericorditer cōsequi mereamur: Per dn̄m.

Tūc asp̄gant̄ cineres aq̄ bn̄dicta. deinde seq̄t̄ añ.

Exaudi nos dn̄e quoniā benigna ē misericordia tua s̄m multitudinē miserationū tuaꝝ respice nos dn̄e. ps. Saluū me fac deus quoniā intrauerūt aque vsq̄ ad aīam meā. ℣. Gloria patri. Sequit̄. Oremus. Diacon⁹. Flectamus genua. Leuate.

Orō.

Concede nob̄ dn̄e p̄sidia militie christiane sanctis inchoare ieiunijs: vt p̄tra sp̄uales nequitias pugnaturi: cōtinentie muniamur auxilijs: Per xp̄m dn̄m.

Añ. Immutemur habitu ī cinere ⁊ cilicio: ieiunem⁹ ⁊ ploremus ante dn̄m: q: multū misericors est dimittere peccata nostra deus noster. ps. De⁹ misereat̄ nostri ⁊ bn̄dicat nobis illuminet vultū suū sup̄ nos ⁊ misereat̄ nr̄i. Añ. Juxta vestibulū ⁊ altare plorabāt sacerdotes ⁊ leuite ministri dn̄i dicētes: parce dn̄e parce pp̄lo tuo ⁊ ne dissipes ora clamātiū ad te dn̄e. ps. Beati imaculati in via: qui ambulant in lege dn̄i. Interim dū canunt̄ añe. ponendi sunt cineres a sacerdote vel ab episcopo dicens.

Memẽto homo qꝛ cinis ⁊ puluis es: ⁊ in cinerẽ: ⁊ in puluerẽ reuerteris. Hoc finito sequit̃ Respõsoriũ. Emẽdemus in melius qđ ignorãter peccauimꝰ: ne subito ꝑoccupati die mortis: queramꝰ spaciũ penitẽtie: ⁊ inuenire nõ possumꝰ. Attende dñe ⁊ miserere qꝛ peccauimꝰ tibi. ℣. Peccauimꝰ cũ patribꝰ nostris iniuste egimus iniq̃tatẽ fecimꝰ. Ps. Miserere mei deꝰ. Kyrieleyson. Xp̃eleyson. Kyrieleyson. Pater nr̃. Et ne nos in. ℣. Dñe nõ scḋm peccata nostra facias nobis. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. Dñs vobiscũ. Orõ

Exauditor oĩm deus: exaudi nostroꝝ vocem fletuũ: ⁊ tribue infirmitatibus nr̃is ꝑpetuã sospitatẽ: vt dum dignãter gemitũ nostri laboris suscipis tua nos misericordia cõsoleris: Per.

Ordo in die ramispalmaꝝ. Hora tercia conueniant oẽs clerici in eccl'ia induti solẽniter vestibꝰ sacris. Et sacerdos aspgat aquã benedictã incipiendo añ. Asp̃ges me. ℣. Ostende nobis dñe misericordiã tuã. Orõ.

Visita q̃ms dñe plebẽ tuã: ⁊ sacris dedicata corda mysterijs: pietate tuere ꝑuigili: vt remedia salutis eterne que te inspirãte suscepit: te ꝓtegẽte custodiat: Per dñm. Tũc exeuntes de choro cũ plena ꝓcessiõe ad locũ ꝑordinatũ cantantes ℟. Ingressus pylatus cũ iesu in ꝑtoriũ tũc ait illi: tu es rex iudeoꝝ: rñdit tu dicis qꝛ rex sum: exiuit ergo ih̃s de ꝑtorio portãs coronã ⁊ vestẽ purpureã. Et cũ indutꝰ fuisset exclamauerũt oẽs crucifigat̃: qꝛ filiũ dei se fecit. ℣. Tũc ait illis pylatus regẽ vestrũ crucifigã: respõderũt pontifices regẽ nõ habemus nisi cesarẽ. Et cũ. Quo finito cũ repetitiõe mox incipit ℟. Circũdederũt me viri mẽdaces: sine causa flagellis ceciderunt me. Sed tu dñe defensor vindica me. ℣. Quoniã tribulatio ꝓxima est ⁊ nõ est q̃ adiuuet. Sed tu. cũ suo v̾su. ⁊ repetit̃ ℟. quibꝰ finitis dicit̃ v̾siculꝰ. Ne ꝑdas cum impijs deus animã meã. Et cum viris sanguinũ vitam meã. Oratio.

Adiuua dñe fragilitatẽ plebis tue: vt ad votiuũ magne festiuitatis officiũ: intercedẽte beata dei genitrice virgine maria: ⁊ corpaliter guberna ta recurrat: ⁊ ad ꝑpetuã gloriã deuota mẽte ꝑueniat: Per eundẽ xp̃m dñm nr̃. His expletis seq̃t̃ salutatio a sacerdote dicẽs. Dñs vobiscũ. Oremꝰ

Deus q̃ hodierna die ad insinuãdũ hũilitatis exemplũ: sup asinã sedere: ⁊ a turbis rex appellari voluisti: respice ad deuotã ppl'i hũilitatem vt quicũq; cũ palmis ⁊ ceteris frondibꝰ laudi tue dedicatis: in memoriã huiꝰ venerãde festiuitatis deuotius occurrerit: tibi iudici veniẽti cum palma victorie: ⁊ fructu bonoꝝ operũ securus occurrat. Qui viuis ⁊ regnas. Lectio li. Exodi.

In diebus illis. Venerũt filij israel in helym: vbi erãt duodecim fontes aquarũ: ⁊ septuaginta palme: ⁊ castrametati sunt iuxta aq̃s. Profectiq; sunt de helym: ⁊ venit oĩs multitudo filioꝝ israel in desertũ syn: qđ est int̃ helym ⁊ synai: q̃ntodecimo die mensis secũdi: postq̃ egressi sunt de terra egypti. Et murmurauit oĩs cõgregatio filioꝝ isr̃l

